UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Decretum Gratiani

## Gratianus <de Clusio>

## Parisijs, 1542

Uigesimaoctaua gerit q[uesti]ones iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

rit aliquam fide pactionis, nō debet aliam ducere. ſi tamen duxerit, maneat cū ſecūda: agat tamē penitentiam de fide mentita. Si autē contraxerit per fidē conſenſus, erit tantū matrimoniū cū prima. ⁊ hoc in pma parte. In ſecunda dicit̄ ꝙ fides pactionis eſt quādo aliqs ꝓmittit alicui mulieri ꝙ accipiet eā in vxorē ſi permiſerit rē ſecū habere. Fides conſenſus eſt cū inter ſe conſentiunt per verba de preſenti. Secūda pars incipit ibi: Eſt autē.

Q Uidam vir. ¶ Caſus. In ſupiori cauſa tractatū eſt de quibuſdam impedimentis matrimonij: et ꝙ matrimoniū non eſt inter religioſas perſonas ſi de nouo contrahāt: ſed ne idem putet̄ eſſe inter ifideles. ideo magiſter ſupponit hāc. xxviij. cauſam, in qua oſtēdit matrimoniū eſſe inter eos. Oſtendit etiā quid iuris ſit ſi alter infideliū ꝯuertat̄: ⁊ addit vtrum debeat dici bigam⁹ qui ante baptiſma habuit vnā, ⁊ poſtea alteram. vt autem hec omnia cōpetentius agat, ꝓponit thema, de q̄ tres elicit queſtiones.

a ¶ Quidā vir infidelis. Superiori cā. v. notātur cauſe que ꝓhibēt matrimoniū cōtrahere, et contractū iubent dirimere: verbi gratia: votū, ordo, religionis habitus, ligatio, ⁊ publice honeſtatis iuſtitia. in hac ꝑo cauſa ponunt̄ q̄ impediūt matrimoniū: verbi gratia: diſpar cultus, vel diſſimilitudo fidei, vt inter fideles ⁊ infideles. et primo tractat an matrimoniū ſit inter infideles, ⁊ oſtēdit etiam q̄d iuris ſit ſi alter de duobus coniugib⁹ infidelib⁹ ad fidem † conuertatur.

† Sub. altero remanē te i infidelitate vel ſi alter de duob⁹ ꝯiugib⁹ fidelib⁹ d ſcedat a fide altero remanē te i fide ſm h. vel al'r. tractauit magiſter de duobus ipedimēt̄, ſcȝ devoto ⁊ de ꝯiugūs ⁊ ſpōſalib⁹ mō intēdit tractare de diſpari ꝯiugio ⁊ bigamis. vt autem hec ⁊c. Io. d f.

Q Uod autē. ¶ Hec. q. diuidit̄ in q̄nqȝ partes: in pma quarū ꝓbat mult̄ authoritatib⁹ ꝙ matrimoniū nō eſt inter infideles. Scđa ibi: Si q̄s. Tertia ibi: Iā nunc. Quarta ibi: Cōtra. Quinta ibi: Ex his. Io. de fan.

¶ Caſus. Hic intitulat̄. j. q. qua querit̄ an ſit matrimonium inter infideles. Et certum eſt ꝙ ſic: vt. j. e. §. j. ⁊. c. j. Gra. tamen pro vtraqȝ parte allegat, ⁊ bene ſoluit. j. e. §. ex his. Ponit etiam quedam in hac queſtione que ad ſecundā pertinent queſtionē: que eſt an altero remanente infideli poſſit conuerſus ad fidem ſe alij copulare, et de hoc quid iuris ſit, in ſecunda queſtione tractatur. Eſt

fides, ⁊ pactionis, ⁊ cōſenſus. Si aliqs alicui mulieri fidē fecerit pactionis, non debet aliā ducere. ſi aliā duxerit, penitentiam agat de fide mētita: maneat tamē cum illa quā duxit. non eñ reſcindi debet tantū ſacramentū. Si autē fecerit fidē conſenſus, non licet aliā ducere. ſi autē duxerit, dimittet eā, et adherebit prime vxori.

¶ Eſt autem fides pactionis quādo aliqs ꝓmittit fidē alicui ꝙ eā ducet ſi permiſerit ei rem ſecū habere, vel etiā ꝑ conſenſu. Fides autē cōſenſus eſt quādo etſi nō ꝯſtrigat manū, corde tñ ⁊ ore cōſentit ducere, ⁊ mutuo ſe cōcedūt vn⁹ alij, et mutuo ſe ſuſcipiunt.

¶ Cauſa. xxviij.

Q Uidā vir infidelis[a] in coniugio poſit⁹, ad fidē ꝯuerſus eſt. vxor vero ei⁹ fidei odio chriſtiane ab eo diſceſſit. ille quandam fidelem in vxorē accepit. qua mortua cleric⁹ efficit̄. tādē vite ⁊ ſciētie merito in epiſcopū eligitur. Hic primum queritur an cōiugiū ſit inter infideles?

Secundo an liceat huic aliā ducere priore viuente?

Tertio an ſit reputandus bigamus qui ante baptiſmū habuit vnam, ⁊ poſt baptiſmum alteram?

¶ Queſtio. i.

Q Uod autē[b] inter fideles coniugium nō ſit, multis authoritatibus probatur. Ait eñ Paulus: Omne[c] quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Coniunctio autem infidelium non eſt ex fide, et ideo peccatum[d] eſt. Non eſt ergo coniugiū, qꝛ nullū coniugium peccatū eſt.

Item Auguſt. Non eſt vera[e] pudicitia hominis infidelis cū coniuge ſua. Ubi autem vera pudicitia eſſe nō poteſt, ibi nec verum coniugium eſt.

Itē Ambro. Iuſſit[f] Eſdras dimitti[g] vxores alienigenas per quas ibant ad deos alienos. Non eſt enim putandum matrimonium quod extra[h] dei decretum eſt factum: ſed cum cognoſcitur, eſt emendandū[i].

Item Auguſtinus. Non eſt

ergo caſus hui⁹. §. talis. ꝓbat hic G. ſuperficialiter inter infideles nō eſſe matrimoniū. ⁊ hoc facit quatuor authoritatib⁹. ſ. vna Pauli, duab⁹ Aug. ⁊ vna Amb.

b ¶ Quod autē. Hic intitulat̄ prima. q. an. ſ. matrimonium ſit inter infideles: ⁊ certum eſt ꝙ ſic, licet non ſit ratum. j. e. §. j. ⁊ ca. j. G. tamen ad vtrāqȝ partem allegat, ⁊ bene ſoluit. j. e. §. ex his. ſed quia in hac queſtione quedā. c. ponūtur pertinentia ad ſecūdā queſtionē que eſt an altero remanente i infidelitate poſſit conuerſus ad fidē alij ſe copulare: de ea videam⁹. No(t)andū ergo ꝙ cum vnus coniugū ad fidē conuertitur: ſi remanens in infidelitate eſt iude⁹, nullo modo fidelis dȝ cohabitare cum eo niſi velit ad fidem ꝯuerti: ⁊ ſi nō vult ꝯuerti, poteſt aliā ducere. j. e. iudei. ſȝ contrarium eſt hodie verū: vt extra de diuor. q̄to. ⁊ ca. gaudem⁹. ſi autē eſt pagan⁹, ⁊ non vult cohabitare, vel vult, ſȝ cū blaſphemia Chriſti: vel vt eam pertrahat ad mortale pctm̄, fidelis pōt cū alio cōtrahere. j. eo. ſi infidelis. et hos tres caſus in quibus licet ei contrahere cum ſcđa, habes ex̄ de diuor. quanto. ⁊ ca. ſe. Si autē vult infidelis cohabitare fideli ⁊ in pace: in electiōe fidelis eſt an velit ei cohabitare vel nō: ſȝ tūc cū altero non poteſt eo viuēte contrahere. j. e. q. iam nunc. ⁊ ca. ſic enim.

Matrimoniū eſt inter infideles.

Rom. iiij.

Coniugū infideliū alter cōuerſ ad fidē an poſſit ſecū ſ delibe(r)are.

iij. Eſdre vi. ti. a.

c ¶ Omē qđ non eſt ex fide. i. qđ fit ex certa ſciētia ꝯtra fidē, eſt peccatū. de peni. diſt. iij. §. ite(m) illud.

d ¶ Peccatum. vt. xxxvj. diſt. deinde.

e ¶ Non eſt vera. i. ad veritatem ducens.

¶ Iuſſit Eſdras. ¶ Hiſtoria. Legit̄ in Eſdra ꝙ filij Iſrael tp̄e babylonice captiuitat̄, ⁊ poſt reuerſionē de illa duxerūt i mr̄imoniū alienigenas ꝯ p̄ceptū dñi, ſȝ poſtea ad p̄ceptū ⁊ admonitionē Eſdre dimiſerūt eas.

f ¶ Iuſſit. hoc ca. non facit ad propoſitum, quia non erat inter eos matrimoniū niſi de ſolo facto. ſed ꝙ dñs permiſerit eſſe fidelē cum vxore infideli, intelligitur cum matrimonium preceſſerat inter eos.

g ¶ Dimitti. a iudeis.

h ¶ Extra. i. contra.

i ¶ Emendandum. Argu. ꝙ non currit preſcriptio in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

matrimonio: quod verū eſt hodie: vt extra de conſang. et affi. non debet.
a ¶ Ratum. id eſt inſeparabile.
¶ Ex his. ¶ Caſus. Infert Gra. ex ſupradictis authoritatibus matrimonium nō eſſe inter infideles. Poſtea probat cōtrarium: et hoc facit tribus authoritatib⁹ euāgelij ꝛ duab⁹ Pauli, et vno exemplo Siſinnij. Ubi autē hec incipiāt per te videbis.
b ¶ Quinqꝫ. id eſt pater, fili⁹, mater, filia, nurus, vel gener.
Luce xij. g. c ¶ Duo. i. duo ſeparabuntur a tribus qui cōuertuntur ad fidem.
d ¶ In tres. i. contra tres. contrarij enī ſunt qñ conuertuntur ad fidem.
Luce xiiij. f. e ¶ In duos. id ē tres conuertentur ad fidem, ꝛ ſeparabunt a duobus.
Mat. xx. d. f ¶ Qui non odit. id eſt qui non poſtponit amorem patris amori dei.
g ¶ Centuplum. Non dicit. c. vxores. ſed id quod excedit centuplū, ſcilicet vitā eternam accipiet.
i. Cor. vij. d. h ¶ Conſenſerit. Si vero nollet habitare cum eo, poſſet eam dimittere ꝛ aliam ducere viuente illa. j. e. q. ij. ſi infidelis.
i ¶ Nō dimittat. j. ea. iudei. contra. Sed hic de gentili: ibi de iudeo: circa quem ſpecialiter illud obſeruat. habent enī iudei legē et prophetas quibus muniti et parati ſunt aias ſimplicium fallere. xj. q. iij. ad menſam. ſed gētiles hoc nō habent. hodie tamen hoc idē videt de vtriſqꝫ. extra de diuor. quanto.
ad Ti. ij. Iudei ſolius fallunt aias ꝙ pagani
k ¶ Sanctificat⁹. Frequent enī vn⁹ ſanctificat per alterū. j. e. iam nūc. Et eſt arg. ad ea q̄ frequentius accidunt, iura adaptari, ff. de legi. nā ad ea. iij.

ratū [a] cōiugiū qđ ſine deo eſt. Ex his omnibus authoritatibus ꝑbatur coniugiū non eſſe inter infideles. Sed econtra alie inueniūtur authoritates quibus probatur cōiugiū eſſe inter infideles: quarum prima eſt illud euangelij qđ chr̄s ait: Erunt quinqꝫ [b] in vna domo: duo [c] in tres [d], et tres diuidentur in duos [e]. deinde cū perſonas illas enumeraret, vxorem in virum eſſe diuidendā dixit, ꝛ ecōuerſo. Itē qui non odit [f] patrē aut matrē aut ſororem, aut vxorem ꝑpter me, non eſt me dignus. vxorē infidelē nō fidelem dixit odio habēdam.

Item oīs q̄ reliq̄rit domū aut patrē aut matrem aut ſororem vel vxorē ꝑpter me, cētuplū [g] accipiet ꝛc. vxorem in hoc loco infidelē ſigt: q̄ ꝑpter chr̄m dimittit, dū potius ipſa ꝙ chriſti fides deſeritur. Itē apl̄us Si q̄s frater vxorē habet infidelem, ꝛ hec cōſenſerit [h] habitare cū illo: non dimittat [i] illā. et ſi qua mulier habet maritū infidelem, ꝛ hic cōſenſerit habitare cum illa: nō dimittat virū ſuū. Sanctificatus [k] eſt enī vir infidelis per mulierem fidelem: et ſanctificata eſt mulier infidelis per virū fidelem.

Item ad Titū. Hortare adoleſcentulas vt diligant viros ſuos. hoc tam de fidelibus ꝙ de infidelibus intelligendum eſt. infidelib⁹ nanqꝫ viris fideles mulieres propēſius ꝑpter deum debent obſequi, vt ſic viros ſuos chr̄o lucrari valeant.

Sic in paſſione beati Clemētis de Theodora [l] et Siſinnio legitur mirabiliter contigiſſe.

Item Innocen. papa Ruffo ꝛ Euſebio epiſcopis Macedonibus.

¶ Bigami reputantur q̄ ante baptiſmū habuerunt vnam et poſt baptiſmum alteram.

Nunquid [m] nō erūt admittēdi in hereditatis conſortiū q̄ ex ea ſuſcepti ſunt que ante baptiſmū fuit vxor: eruntqꝫ appellādi naturales: q2 non eſt mr̄imoniū legitimū (vt vobis videtur) niſi illud qđ poſt baptiſmū aſſumitur. ipſe dñs cū interrogaret a iudeis ſi liceret dimittere vxorē ſuā atqꝫ exponeret fieri non debere, addidit: Quos deus cōiunxit, homo nō ſeparet. ac ne de his puteꝛ eſſe locutus q̄ poſt baptiſmum vxores ſortiūtur: hoc ꝛ a iudeis īterrogatū eſſe ꝛ iudeis eſſe reſpōſū meminerint. ¶ Quero, et ſolicit⁹ q̄ro ſi vna et eadē ſit vxor eius qui antea catechumenus ꝛ poſtea fidelis ſit: filioſqꝫ ex ea cū eſſet catechumen⁹ ſuſcepit, ꝛ poſtea alios filios cū fidelis eſſet: vtrū ſint fratres appellādi: an non habeant poſtea defuncto patre cum ceteris hereditatis herciſcūde cōſortium, quibus filioꝝ nomē regeneratio ſpūalis dr̄ abſtuliſſe. quod cū ita iudicare atqꝫ cōſentire abſurdū eſt: que ratio eſt hoc malū defendi, et vacua magis opinione iactari, ꝙ aliqua authoritate roborari: cum non poſſit inter peccata deputari quod lex precepit, ꝛ deus coniunxit?

Itē ex decreto euticiani pa.

¶ Infidelis poteſtate ſit poſt baptiſmum vxorem recipere, quam ante dimiſerat.

q. v. accuſatores vel teſtes. ꝛ. xxviij. diſ. de ſyracuſane.
¶ Sic in paſſione. ¶ Hiſtoria legit in paſſione beati Clementis ꝙ Theodora vxor Siſinnij infidelis fuit ad fidem conuerſa. cumqꝫ monaſterium ingrederet, zelo ductus ſecutus eſt eam. ſed poſt orationē clementis idē cecus ꝛ ſurd⁹ factus eſt: ꝛ cū dixiſſet ſeruis ſuis vt eū educerent: ipſi non poterāt eccleſiā egredi. precibus tandē Theodore egreſſi ſunt. Deide beato Clemente pro ipſo in domo ſua orāte viſum ꝛ auditū recepit: qui ſtatim vt Clemētē vidit, eū iuſſit ligari: ſed cū ſerui eū ligari crederent, columnas et ſaxa trahebant. ꝛ tandē orationib⁹ et p̄dicatione beati Clementis eſt conuerſus ad fidem. Erunt quinqꝫ, ſcꝫ pater, mater, fili⁹, filia, vxor filij, vel maritus filie. In tres. i. contra tres ſeparādo ſe ab eis contra fidem. Mat. xix. a. Geñ. ij.
l ¶ De Theodora. vxore Siſinnij: q2 ambo erant infideles: ſed poſtea illa cōuerſa eſt ad fidē: ꝛ per eā poſtea vir cōuerſus eſt.
¶ Nunqd. ¶ Caſus. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima Inno. papa reprehēdit quoſdā ep̄os Macedonie dicentes mr̄imoniū non eſſe inter infideles. ꝛ ꝙ matrimonium ſit inter eos ꝑbat ex reſpōſione dñi: qui a iudeis interrogatus reſpondit eis dicens: Quos deus coniunxit, homo nō ſeparet. In ſcđa probat cōtra opinionē Macedonien. ꝙ mr̄imoniū in baptiſmate non delet: qm̄ nec frat̄nitas nec filiatio imutat per baptiſmū. Scđa ibi: q̄ro.
m ¶ Hoc capi. eſt de verbo ad verbum. xxvj. diſt. deinde, et ibi exponitur. Joan.

Si quis gẽtilis gẽtilem vxorez dimiſerit [a] ante baptiſmum, poſt baptiſmum [b] in poteſtate eius erit eã habere vel non habere. Item.

Fidelis infidelẽ diſcedentem ſequi non cogitur.

Simili modo ſi vnus ex coniugatis baptizatus eſt, et alter gentilis eſt, et qui ſequi non vult: ſicut dicit apl's infidelis ſi diſcedit, diſcedat.

Itẽ Augu. de fide ⁊ operib⁹.

Sine culpa relinquit vxor q̃ cũ fideli habitare noluerit.

Uxor [c] legitima ſocietate [d] cõiuncta [e], ſine vlla culpa reliquit [f] ſi cũ viro xp̃iano pmanere noluerit. Non attenditur [g] eo modo eam [h] rectiſſime dimitti, ſi viro ſuo dicat: Non ero vxor tua niſi mihi de latrocinio diuitias cõgreges, aut niſi ſolita lenocinia quib⁹ noſtram domũ tranſigebas [i], etiã chriſtianus exerceas, aut ſi quid aliud vel facinoroſum vel flagitioſum in viro nouerat quo delectata vel libidinẽ explebat vel facilem victũ habebat, vel etiam ornatior incedebat. Tũc enim ille cui vxor hec dixit, ſi veraciter egerit penitentiam ab operibus mortuis quãdo ad baptiſmum acceſſit habetq́ in fundamento fidẽ que per dilectionẽ operatur: proculdubio plus tenebit amore diuine gratie q̃ carnis luxuria: et mẽbrũ [k] qđ eũ ſcandalizabat fortiter ãputabit [l].

Item in ſermone domini in monte. libro. j.

Licite dimittit vxor q̃ virũ ſuũ cogere querit ad malum.

Idololatria quã ſequuntur infideles, ⁊ quelibet noxia ſupſtitio, fornicatio eſt. Dñs aũt permiſit cauſa fornicationis vxorẽ dimitti. ſed q̃a

Si quis gentilis. ¶ Hec eſt ſecũda pars in qua ponit magiſter tres caſus in q̃bus poteſt fidelis vir hẽre viuẽte vxore infideli: qđ probat per. vj. ca. Jo. de fan.

Caſus. Si gẽtilis ante baptiſmum vxorem gentilem dimiſerit cauſa fornicationis, vel ſm̃ conſuetudinẽ gentilium vel alia iuſta cauſa: ſi poſtea factus eſt chriſtianus, in poteſtate ſua erit eam habere vel non habere de cõſilio Apl'i.

a Dimiſerit. ꝓpter fornicationez quam fecit.

b Poſt baptiſmum. ſi dicas alterius tm̃, planũ eſt q᷑ fidelis nõ cõpellitur in aliquo caſu infidelẽ eam habere, ſed nõ eſt contrahere cũ alia: niſi in trib⁹ caſibus. extra đ diuor. gaudem⁹. Sed ſi vterq́ factus fuerit fidelis dicit H. q̃ q̃cũq́ modo eam dimiſerit, ſiue q᷑ dedit libellũ repudij, ſiue alio mõ: ſemp cõpellitur eam recipere poſt vtriuſq́ baptiſmũ. nã dicit omne peccatuz deletũ eſſe in baptiſmo, etiã exceptionem q̃ viro cõpetebat ꝓpter delictũ mulieris. Sed tutius eſt diſtinguere cum Innocẽ. vt ſi dicat q̃ ſm̃ morem gẽtiliũ et non propter fornicationem illius ante dedit ei libellum repudij: et modo vterq́ cõuerſus eſt, compellitur eam recipere: nec põt modo ei obijcere ſi cum alio cõtraxerit, quaſi obiectu fornicationis eã repellat. nã licet in ꝟitate fornicata ſit: quia tñ illa fornicatio licita eſt ſm̃ eos, non poteſt eã repellere. Si vero al's fornicata fuiſſet, ⁊ propter illã fornicationẽ eam dimiſiſſet, nõ cõpellitur eam recipere. Hoc totum habes ex̃ de diuor. gaudemus §. vlti. nec eſt contra de conſe. diſtin. iiij. ſine pnia. et de peni. diſti. vlti. nullus. Non eñ dico per baptiſmũ alterius exceptionẽ ſibi cõpetẽtem auferri poſſe. † et rationem ipſius plene notaui. xxvj. diſt. deinde. in fi. q᷑ fornicatio non tm̃ vxorẽ ſed etiam virum maculat. xxxij. q. j. in coniugio.

Uxor legitima. ¶ Caſus. H. intellexit hoc capit. de impari coniugio. Duo erant infideles vir ⁊ vxor: vir conuerſus eſt ad fidẽ: vxor remanens infidelis nolebat habitare cũ viro: vel nolebat aliter habitare niſi traheret ad mortale delictum, volens eum peccare mortaliter. querebatur ab Augu. vtrũ vir licite poſſit vxorem infidelem dimittere? Et rñ. q̃ ſic. nã membrũ qđ eũ tam fortiter ſcandalizabat, amputabit et a ſe eijciet. Sic ego Bar. Brixieñ. hunc caſum credo eſſe ponendum. et q̃ de diſpari cõiugio intelligatur, innuunt hec verba: ſi cũ viro chriſtiano. et illa etiam, quando ad baptiſmum. Sed Beneuen. dicebat (et quidam alij) q̃ vbi vterq́ infidelis eſt, ⁊ alter compellit alterum ad quodlibet mortale peccatum: licite dimitti ab inſtigato: ſed neuter ad ſecũdas nuptias tranſibit. ſecus in diſpari coniugio: vt. j. ea. q. ij. ſi infidelis. Non attenditur, ſic expone hoc verbum qualitercunq́ caſum ponas, non. i. nonne.

c Uxor. infidelis, hoc ca. ⁊ ſequens intelligitur de diſpari coniugio propter hoc quod dicit: ſi cum viro chriſtiano ⁊c. et ibi: q̃n ad baptiſmũ. ⁊ cõtinẽtur hic duo caſus i quibus licite dimittit vxor infidelis cũ nõ vult cohabitare: vel vult ſed ſub ea cõditione vt vir cõmittat aliqđ mortale peccatũ. De pari autẽ cõiugio Hu. nõ intellexit: q̃a ſi vterq́ coniugum eſt fidelis: fidelis fidelem nũq̃ poteſt dimittere ſm̃ H. niſi ob fornicationẽ carnalem vel ſpiritualem. ſ. idololatrando tm̃: al's non. vnde ſi vxor chriſtiana ꝓtrahat virum ad mortale peccatum, verberet eaz ⁊ caſtiget ſi põt, et non conſentiat ei. Sed alij intelligũt hoc de pari coniugio: q᷑ fidelis fidelem bene poteſt dimittere ſi compellitur ab eo ad mortale peccatũ: nec forte reſiſtere poteſt, ſed expreſſe cõtradicit. extra de diuor. queſiuit. et ca. quanto. Sed pone q̃ dimiſit, ſed poſt penitet: nunquid iterum illa tenetur eum recipere? Diſtingue per decreta. extra de diuor. de illa. †

d Societate. i. matrimonio.

e Coniuncta. olim in infidelitate.

f Relinquitur. a viro facto chriſtiano: et tũc licite poteſt alij copulari vir.

g Non attenditur. alius caſus eſt: et ponitur interrogatiue. q. d. non ſolum in premiſſo caſu licite dimittitur vxor: ſed non attenditur. i. nonne attenditur ⁊c.

h Eam. ſcz infidelem.

i Tranſigebas. i. poſcebas.

k Et membrum. i. vxorem. xxxiij. q. ij. admonere.

l Amputabit. remouendo a ſe corporaliter.

Idololatria. ¶ Caſus. Hoc capit. ſm̃ H. intelligitur de diſpari coniugio: ſicut ⁊ precedẽs: et intelligitur in eodẽ caſu cũ illo. Eſt ergo caſus ſm̃ eũ ſic ponendus. Hoc ca. diuidit in duas ptes. In prima đr q̃ vxor poteſt dimitti cauſa infidelitatis dño permittẽte: ſed quia non iuſſit dñs, põt quis vxorẽ ſuã infidelem retinere ſi voluerit: vt ſic fortaſſe poſſit per eũ fidelis fieri. In ſcđa parte extendit fornicationem ad quodlibet mortale peccatum ſiue delictum. vnde vxor infidelis dimittitur ſi velit virum fidelem trahere ad aliquod mortale peccatũ: cum quodlibet mortale peccatum large fornicatio dicatur. Quo. i. vt. Scđa pars incipit ibi: Item Hiero. Q; autem

Coniuges infideles ſi efficiãt chriſtiani vtrũ teneãt ſe mutuo recipe.

† Tollitur tamen accuſatio per baptiſmũ: vt no. j. xxxij. q. j. quod autẽ.

Matrimoniũ fideliũ ob duplicem fornicationẽ ſeparaſ.

† Hec fuit ſententia Lau. ſ; Ber. indiſtincte dicẽtis q̃ tenet eũ recipe, niſi cum iudicio eccleſie facta ſeparatio et vult ingredi monaſteriũ. alias non. in decre. de illa. et eo. tit. quanto. in fi.

permiſit, ⁊ nō iuſſit: dedit apoſtolo locū monēdi: vt q̄ voluerit, non dimittat vxorē infidelem: cū quo ſic fortaſſis poſſit fidelis fieri. Itez ſi infidelitas fornicatio eſt: ⁊ idololatria infidelitas: et auaritia [a] idololatria eſt: non eſt dubitandum ⁊ auaritiam fornicationez eſſe. Quis ergo iam quālibet illicitam cōcupiſcētiam poteſt recte a fornicationis genere ſeparare, ſi auaritia fornicatio eſt? Ex quo intelligitur ꝙ propter illicitas concupiſcentias non tantū que in ſtupris cum alienis viris aut feminis committūtur, ſed omnino propter quaſlibet que animā corpore male vtentē a lege dei aberrare faciunt, et pernicioſe turpiterqꝫ corrūpi, poſſit ſine crimine ⁊ vir vxorem ſuam dimittere, ⁊ vxor virū: qꝛ exceptā dn̄s facit cauſam fornicatiōis: quā fornicationem (ſicut ſupra cōſideratū eſt) generalem ⁊ vniuerſalē [b] intelligere cogimur. Cū aūt ait, excepta cauſa fornicationis: non ait cuius ipſorum, viri aut femine: nō enim fornicātem tm̄ vxorē dimittere cōcedit: ſed quiſquis eā ꝗqꝫ vxorem dimittit a qua ipſe cogit fornicari, cauſa vtiqꝫ [c] fornicationis dimittit: velut ſi aliquem cogat vxor ſacrificare [d] idolis: qui talē dimittit, cauſa fornicationis eā dimittit: non tantū illius, ſed etiā ſue. illius, qꝛ fornicat. ſue, ne fornicetur.

Idem de adulterinis coniugijs libro ſecundo.

¶ Que ſimulacrū facit nec reſipiſcit, dimittat a viro ſuo.

NOn ſoluz mechatio eſt illius q̄ carnē ſuā coinquinat [e], ſed etiam que ſimulacruz [f] facit, mechat. ꝙ ſi in his factis perſeuerat, ⁊ pniam nō agit: recede [g] ab illa, et noli viuere cū illa. ſin autē [h] ⁊ tu particeps peccati illius eris.

Item Ambro. ad Hilariū.

¶ Amore cuiuſlibet non eſt a fide recedendum.

SI infidelis (dicit apl's) diſcedit, diſcedat: non eſt ſeruituti ſubiect⁹ frater aut ſoror in hmōi. i. ſi infidelis noluerit eſſe cū cōiuge ſua fideli. Hic cognoſcat fidelis ſuam libertatem [i]: nec ita ſe ſubiectuz putet ſeruituti, vt ipſam dimittat fidem, ne coniugē amittat infidelem. Hoc et de infidelibus filijs ⁊ filiab⁹ et parētib⁹: hoc ⁊ de fratribus ⁊ ſororibus intelligitur propter chriſtum [k] eſſe dimittendos, cū ponit cōditio iſta, vt propter chriſtū dimittat, ſi eum ſecū habere deſiderat. Hoc ergo et de domo ⁊ agris et de ceteris rebus que iure pecuniario poſſidentur, intelligendum eſt.

Item Augu. ad Pollentiū.

¶ Q etiā infideles ſunt coniuges, ⁊ ꝙ fideli licet dimittere infidelem.

de diſpari cōiugio intelligatur, vt dicit h. innuūt verba ca. et hec verba Augu. ponunt ſuper locū illum apl'i vbi tractatur de impari coniugio. Beñ. vero et quidā alij intelligunt hoc ca. de pari coniugio. Unde Beñ. ſic caſum breuiter ponit dicens. Primo oſtendit Augu. ꝙ oē mortale peccatum poteſt dici fornicatio. Secūdo ꝙ ꝓ quolibet mortali peccato pōt vxor dimitti: cum dominus indeterminate pmiſerit vxorem cauſa fornicatiōis dimitti poſſe. et hoc ratione duplici: quia in deteſtationē ei⁹ que fornicatur: et ad cautelam ſui ne fornicetur ⁊ corrūpatur ab ea.

¶ Idololatria. h⁹ ca. fm̄ h. de diſpari cōiugio itelligit, ſicut precedens.

a ¶ Auaritia. auaritia eſt idololatria: et idololatria infidelitas: et infidelitas eſt fornicatio: ergo auaritia eſt fornicatio. — Auaritia ē fornicatio.

b ¶ Uniuerſalē. Argu. qđ indefinite dicitur, generaliter debere intelligi. ff. de tute. q̄ habet. §. vlt. xxxj. q. j. qđ ſi dormierit.

c ¶ Utiqꝫ. qꝛ ipſa cogit eum fornicari ſpiritualiter.

d ¶ Sacrificare. Idem eſt ſi cogat ad qđcunqꝫ mortale peccatum: vt innuitur ex litera ſuperiore, ⁊ no. ꝙ ꝓpter fornicationez corporalem ſemel cōmiſſam pōt eam dimittere. † xxxij. qō. j. dixit. ſed propter ſpūalem non, niſi pſeueret. ſ. ca. proxi. non ſolum. — † de h⁹ no. xxx. q. j. nos. ſcibi videas.

Addicio. Et in hoc caſu loquitur ex̄ đ conuer. coniuga. ca. vlti. nam ex eo ꝙ dicit ꝙ fuit iudicio eccleſie ibi matrimonium ſeparatum, datur intelligi ꝙ ibi maritus in ipſa fornicatione ſpirituali perſeuerauerit, et ſic etiam ibi no. Goff. ⁊ Archi.

NOn ſolū. ¶ Caſus. Uxor licite dimitti pōt nō ſolum propter fornicationem carnalem, ſed etiam propter ſpūalem. ſ. idololatriam vel infidelitatem: et ſi vxor in his perſeuerauerit, vir niſi eā dimittat, particeps eſt illius peccati. et poteſt hoc ca. intelligi ſcđm h. ⁊ Beñ. de pari vel impari coniugio: qꝛ propter fornicationem carnalem vxor fidelis vel infidelis dimittitur.

e ¶ Coinquinat. Cum alio a coniuge ſuo.

f ¶ Simulacrum facit. Id eſt idolum colit.

g ¶ Recede. hoc ca. intelligit h. de duobus fidelibus quoruz alter labitur in hereſim: iter quos cuz ratū fuerit mr̄imoniuz: nec ſoluit altero labente, nec ꝯtrahere poteſt, lꝫ ſecus ſit i caſu conuerſo. ſ. cū alter infideliū cōuertit. tūc in trib⁹ caſibus diſſoluit, et ꝯhere pōt. et hoc totū habes ex̄ de diuor. q̄rto. Itē nunquid eſt preceptū quod dicit, recede ab illa? dicit h. q̄a ex quo perſeuerat preceptuz eſt ſi eſt notorium: ſed hoc quantū ad reddendū debitū: ſꝫ exigere pōt: et ſic intelligit. xxxij. qō. j. ca. j. videt tamen h. ꝙ in hoc caſu ad minus cōſiliū ſit ꝙ recedat ab illa: arg. j. e. iam nunc. ſed ibi eſt cōſiliū qñ alter infideliū cōuerſus eſt: hic ꝓ pceptū. et pōt eſſe ea ratio qꝛ maior eſt hic cōtumelia creatoris: vt ex̄ de diuor. quāto. et ꝙ ſit pceptū, habes ex̄ đ iureiuran. queadmodū. — Maritus ab vxore q̄ ſimulacrū facit dꝫ recedere. — j. Cor. vij. c.

h ¶ Sinautē. i. ſi nō reuoces eam a ſuo propoſito.

SI infidelis. ¶ Cas⁹. Licite dimittitur vxor infidelis ſi cū viro fideli noluerit habitare. nā cum iſta cōditio apponit, vt fidē dimittas ſi cū tali vxore volueris habitare. Fides ei ſuanda eſt, ⁊ vxor penitus relinquenda. Idē intelligēdū eſt de parētibus, et filijs, ⁊ fratribus, ⁊ ſororibus, ⁊ de qualibet alia re.

i ¶ Libertatē. nam dico ꝙ ipſo iure ſoluit vinculū matrimonij, nō p ſniam eccl'ie, ſed ipſo iure. ſ. trib⁹ caſibus in q̄bus ꝯhere pōt. nā ꝯtumelia creatoris ſoluit ius mr̄imonij. ſi tn̄ īfidelis vult redire ad fidē priuſqꝫ cū reliqua ꝯxerit, cogit recipe eā: vt ex̄ de diuor. gaudemus. in fi.

k ¶ Chriſtū. Arg. ꝙ modus facit cōditionē. nā dicit, cū ponit iſta cōditio: ⁊ poſt dicit vt chriſtū ⁊c. ſi. ex̄ de condi.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ap.ca.ij.et extra vt eccle.benefi.vt noſtrum.

Jam nunc. ¶ Hec eſt.iij.ps.q.in qua diſſuadet vt fidelis nō dimittat vxorē infidelē ,ppt deū. Jo.de fā.

¶ Caſus. Super his verbis apl'i: ego dico nō dñs vt fidelis nō dimittat infidelem volentem habitare cum illo: diſſenſerūt Pollentius et Aug. Nam Pollentius expoſuit hoc verbuz dico.i.precipio. Augu. vero expoſuit hoc verbū dico de cōſilio, et nō de precepto. vnde dixit dico.i.cōſulo et ſuadeo. Eſt ergo caſ⁹ ſm h.talis in hoc ca. Oſtēdit Augu. illud verbum apl'i eſſe intelligendum de cōſilio: et quare apl's hoc conſulat: vt.ſ.fidelis non dimittat infidelem: ſubdit rōnem.ſ.vt ex cohabitatiōe tali infidelis conuertatur. qđ pōt cōtingere: q₂ ſepe iā talia cōtigerūt. Poſtea oſtendit ea que ſunt conſilij et non precepti, poti⁹ eſſe facienda cum ſint gratiora: exemplo dñi ſoluētis tributuz: ad quod nulla lege arctabatur. et exemplo Apoſtoli a ſumptibus quos de iure poterat exigere et recipe, abſtinētis. Itē oſtendit ea que ſunt cōſilij, eſſe facienda. Literā ſic cōtinuat h. Hacten⁹ tractauimus de pari coniugio.i.fideliū: ſed amodo videamus de impari.

e ¶ Prohibet. Ponitur hic improprie.i.ſub forma ꝓhibitionis diſſuadet et monet ne fiat.
f ¶ Apoſtolus. Ideo ſcilicet.
g ¶ Permiſſa. a domino.i.non prohibita.
h ¶ Vetat. Id eſt diſſuadet.

iij.ps. j.Cor. vij.b.

Jam nunc[a] illud videamus qđ ait apl's: Ceteris[b] autem ego dico[c], nō dñs. Ad imparia, ſcz vbi nō ambo xpiani fuerāt, cōiugia locuturus: qđ mihi viſum eſt eū monēdo[d] dixiſſe. Q₂ em̄ cōiūx fidelis relinquere cōiugem licite pōt infidelem: ideo hoc fieri nō dñs, ſed apl's prohibet[e]. Quod em̄ dñs prohibet fieri omnino nō licet. Monet ergo apl's[f] quo poſſit eſſe multorū occaſio lucrandorū, vt fideles coniuges in relinquendis infidelibus permiſſa[g] licētia non vtantur. Tibi autē videt infideles quoq₃ dimitti a fidelib⁹ non licere, q₂ hoc vetat[h] apl's: cum ego dicā licere, quia hoc non vetat[i] dñs: non tamen dico expedire: q₂ hoc ne fiat monet apl's: qui reddit etiā rationē cur fieri nō expediat, quanuis liceat. Quō em̄ ſcis (inqt) mulier, ſi virum ſaluū facies? aut vnde ſcis vir, ſi ſaluam facies mulierē? cū et ſuperius dixiſſet: Sctificatus[k] eſt vir infidelis ī muliere fideli: et mulier infidelis ſctificata eſt ī fratre: hoc eſt in chriſtiano. Alioqn[l] filij veſtri immūdi eſſent: nunc autē ſcti ſunt[m]. et ſic ad lucrandos cōiuges et filios Chriſto exemplis etiā que ꝓuenerāt[n] videt hortatus. Cur ergo nō expediat etiā infideles coniuges dimitti a fidelibus, cauſa euidēter expreſſa eſt. Non em̄ ꝓpter vinculū[o] cū talibus pactū cōiugale eſt ſeruandū: ſed vt querātur in Chriſto, recedi ab infidelib⁹ cōiugib⁹ apl's vetat. multa em̄ ſunt faciēda nō iubente lege, ſed libera charitate: et ea ſunt in noſtris officijs[p] gratiora, que cum liceret nobis etiā non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus. Unde ipſe dñs prior cum ſe tributū non debere ſoluere demonſtraſſet, ſoluit tamen: vt non ſcandalizaret eos quibus ad eternā ſalutem gerens[q] morem cōſulebat. Jam vero apoſtolus quēadmoduz iſta commēdet, eius verba teſtantur[r] vbi dicit: Cum ſim liber[ſ] ex oībus: omniū[t] me ſeruū feci, vt plures lucrifacerē. cum paulo ſuperius dixiſſet: Nunqđ non habuimus licentiam manducandi et bibendi? Nunquid nō habuimus licentiam ſororem mulierem circūducēdi ſicut et ceteri apoſtoli, et frat' dñi, et cephas? An ego ſolus et Barnabas nō habuimus poteſtatem[v] hoc operandi? Quis militat ſuis ſtipendijs vnq₃? An quis plantat vineā, et de fructu eius nō edit? Quis paſcit gregem, et de lacte eius nō comedit? Et paulo poſt. Si alij[x] inquā poteſtatis[y] veſtre iura participāt, nōne magis et nos[z]? Sed non ſumus vſi hac poteſtate: ſed omnia[a] toleramus: ne quod impedimentum demus[b] euangelio Chriſti. Item.

j.Cor. vij.b.

a ¶ Jam nunc. ſic cōtinua. Hactenus tractauim⁹ de paribus coniugijs fidelium ſcilz de quibus dixit Apl's in epiſtola ad Corinthios. His qui matrimonio iuncti ſunt, dico non ego ſed dominus: vxorem a viro non recedere. et vir vxorem non dimittat. nam ceteris diſparibus etc.

Scilz q fidel non dimittat infidelē cohabitare volentē.

b ¶ Ceteris. Id eſt diſparibus coniugijs: q₂ prius de paribus ait apoſtolus.
c ¶ Dico. Id eſt conſulo et ſuadeo: ex dei tamen authoritate, non mea.
d ¶ Monendo.i.non precipiendo.

i ¶ Vetat. Argu. aliqđ eſſe hoc ipſo licitum q non eſt a dño vetitum: arg. xxxj.q.j.qđ ſi dormierit.ff.de procura.mutus.

k ¶ Sctificat⁹.i. ad fidē cōuerſus.

Arg. contra de trāſla. inter corpora illa vm de hoc.

l ¶ Alioquin.i.ſi alijs adheſerit viuentibus relictis, et cohabitare volentibus: filij quos ex alijs genuerint non erūt legitimi. Vel loquitur de filijs prius nat', qui remanent immundi.i.infideles: quia nō conuertūtur.

Mat. xvij.b.

m ¶ Sācti ſunt.i. eſſe poſſunt.
n ¶ Prouenerāt. id eſt frequēter acciderant. argu. ad ea q̄ frequēti⁹ accidunt iura adaptari.ff.de legi. nā ad ea. ſi.xxxviij. diſti. de ſyracuſane.

j.Cor. ix.c. Ibid.

o ¶ Vinculū. tantum: ſed vt eos lucrentur.
p ¶ Officijs. Id eſt operibus.
q ¶ Gerens. Id eſt dirigens.
r ¶ Teſtāt. arg. q per ſequētia determinari poſſunt precedētia. hoc generale habes. xliij. di. ſit rector. in fi.
ſ ¶ Cū ſim liber. Id eſt nullis bñficijs obnoxius.
t ¶ Oim.i.talem me exhibui, vt cōmodum oim facerem: et hoc feci vt plures etc.
v ¶ Ptātē. ſed ne diceretur, cur ideo hoc faceret, q₂ non egeret: ſubaudit. q.d. egemus quidē ſed non vſi ſumus: ne quod impedimentum etc.
x ¶ Si alij. hypocrite.
y ¶ Poteſtatis.i.ptātiue participent rebus veſtris.
z ¶ Nonne magis et nos. Qui amplius diligim⁹ vos q̄ res veſtras.
a ¶ Sed omnia. Id eſt famem, ſitim et ſimilia.
b ¶ Demus. Nam Corinthij erāt auari et ſe retrahe-

Paul⁹ ſdicãs nihil accipiebat.

bant a predicatione. Uel ideo quia ſi ipſe acciperet multi erant pſeudoapoſtoli q̄ ſtatim predicarēt vt acciperēt, et ita impedirēt euãgeliũ: ſ; cũ iſte nõ acciperet, nec illi auderēt accipere, ⁊ ita non predicarent.

Sicem. ¶ Caſus. Diſputat adhuc Augu. ſuper eiſdē xbis apl'i: Ego dico, nõ dñs. et ſuum ca. diſtinguit i tres partes. In prima ponitur expoſitio Augu. et ꝓbatio vł ratio expoſitionis. ⁊ hoc facit vſq; ad locum illu;: qm ergo. In ſecunda parte ponũtur tres reſponſiones Auguſtini ad tres tacitas queſtiones Pollentij: ⁊ hoc facit vſq; ad locum illũ: tu xo cui. In tertia continet̄ ſupficialis expoſitio Pollentij: ⁊ expoſitionis ꝓbatio, ⁊ tandem ſequitur Auguſtini victorioſa ſub epilogo concluſio. ⁊ hec particula extendit̄ vſq; ad fi. §. h. et Ben. in qualibet particula ſingularē caſum ponũt. In prima ergo parte ſic ꝓcedit Aug. dicens: Si dñs iuſſiſſet, hic nõ eſſet locus conſilio monentis apl'i. Si em̄ dñs hoc p̄ciperet, apoſtol⁹ contrariũ nõ ꝯſuluiſſet. Dñs autē non iuſſit fidelē dimittere infidelē: quia iuſtitia. i. de⁹ iuſt⁹ permittit retinere nec vetuit: vnde apoſtol⁹ retinere cõmonuit. In ſcd'a parte reſpõdet trib⁹ obiectionib⁹ Pollētij, que nõ ſunt in litera, ſ; ex reſpõſionib⁹ eliciunt̄. quarũ obiectionum p̄ma eſt. Si dñs non iubet nec vetat vxorē infidelē a fideli dimitti: ergo vacuum ⁊ ſuperuacuum eſt apoſtoli conſilium quo monet nõ dimitti. Rñ. Aug. immo ſibi vtile eſt qꝛ̄ anime expedit, ⁊ qꝛ per inſpirationē ſpũſſancti hoc dixit.

Mat. xix. j.cor. vij.c.

Rom. xiiij.d.

a ¶ Sicem. In prima parte ponit̄ vſq; ad. §. quoniã ergo. intellectus Aug. ſuper illa authoritate apoſtoli: Ego dico, non dñs. ꝙ ſi vir fidelis habet vxorē infidelē nõ dimittat eã. ⁊ oſtendit rationē quare dñs non prohibuerit nec iuſſit. In ſcd'a parte vſq; ad. §. tu vero. ponunt̄ tres ſolutiones Aug. ad totidem obiectiones Pollētij. In tertia parte vſq; ad. §. intelligis. ponit̄ expoſitio ⁊ intellect⁹ Pollētij ſuper authoritate predicta, quã Aug. reprobat. Ultimo ponitur epilogatio quam Augu. facit inferēs victorioſiſſimam concluſionem. Et conſtrue ſic. Fideles viri ſic non prohibentur recedere ab infidelib⁹ vxoribus: vel fideles femine ſic non prohibētur recedere ab infidelibus maritis: vt. i. ſicut neq; iubentur recedere ſm hoc, primũ neq; abundat: vel ſi vis ꝙ non ſuperabundet, dic neq; recedere: id eſt retinere ⁊c̄. i. ſicut fideles viri et femine non prohibentur non recedere: ſic nec iubentur non

Tertiũ diuidit.

Ordo litere.

¶ Ab infidelib⁹ cõiugib⁹ licet recedere, ſed non expedit.

Sic enim[a] neq; recedere ab vxoribus infidelibus vel a maritis fideles viri vel femine non ꝓhibent̄[b] a dño, vt neq; iubentur. nam[c] ſi dimittere tales coniuges iuberent̄, nullus locus eſſet conſilio monentis apoſtoli ne hoc fieret. Nullo enim modo qđ dñs iubet ſeruus[d] bonus prohibet. Item. Cum ergo[e] cepiſſet gētilib⁹ euãgeliũ predicare, ⁊ iunctos gētiles gētilib⁹ cõperiſſet coniugib⁹: ex qb⁹ ſi non ambo crederēt, ſ; vnus aut vna: ⁊ infidelis cũ fideli conſentiret cohabitare: non prohiberi a dño debuit fidelis infidelē dimittere, nec iuberi. ideo ſc; nõ ꝓhibuit, qꝛ iuſtitia permittit a fornicãte diſcedere: ⁊ infidelis hominis fornicatio eſt maior in corde, nec vera ei⁹[f] pudicitia cum cõiuge q̄dem dici poteſt: qꝛ omne qđ nõ eſt ex fide, peccatum eſt: q̄uis veram habeat fidelis pudicitiã[g] etiã cum infideli coniuge, que nõ habet veram. Ideo[h] autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus ſeparari: qꝛ non cõtra iuſſionem[i] dñi gentiles fuerunt ambo coniuncti. Quoniã ergo[k] ab infideli fidelem diſcedere non prohibet nec iubet dñs: ideo vt non diſcedat apoſtol⁹ dicit[l], non dñs: habēs vtiq; ſpiritum ſanctũ in quo dare poſſet vtile et fidele ꝯſiliũ. Unde cum dixiſſet[m] de muliere cuius vir mortuus fuerat: Beatior autē erit ſi ſic permãſerit ſm conſiliũ meũ: ne quis hoc conſiliũ tanq; humanum nõ diuinũ ꝯtēnendũ putaret, adiecit: Puto autē ꝙ ⁊ ego ſpiritũ habeã dei. Proinde intelligendum eſt etiam ipſa que a domino non iubētur, ſed a ſancto ei⁹ famulo vtiliter ſuadent̄, eodē domino inſpirante ſuaderi. Abſit em̄ vt quiſq; catholi-

recedere, quaſi dicat ꝙ nec illud nec iſtud fiat. hoc continuatur ad premiſſam partem ca.

b ¶ Nõ ꝓhibent̄. Nõ repetit̄ hic neq; ſuprapoſitum vt faciat vnã affirmationē, ſed ꝓpter interpretationem ſupraopoſitã: poteſt tamē legi vtrũq;, ⁊ idē erit ſenſus.

c ¶ Nam. Prima ratio q̄re dñs non precepit dimitti tales. ſ. vt apl'o eſſet locus monendi vt nõ fieret hoc: ſ; nõ dico eſſe verum: immo ideo dixit apoſtol⁹: dico ego, non dominus: nã ſi ⁊c̄. vt oſtēderet ꝙ dñs non iubet recedere. nam ſi ⁊c.

d ¶ Seruus. nã apoſtol⁹ nullo modo faceret ꝯtra dominũ ſicut dixit pretor ꝙ ꝯtra legē nõ tuebit̄ aliquē. ff. de pub. ac. cum ſponſus. §. ſi res. et non reuocãtur a filio q̄ a patre geruntur. C. de reſtitu. mi. q̄ a patre.

Pretor ꝯ legez neminē tuetur.

j.cor. vij.g.

e ¶ Item, cum ergo. ratio quare nõ prohibuit tales dimitti. ſ. vt nihil ꝓhiberet quod iuſtitia exigit fieri. iuſtum enim eſt vxorem dimitti ob fornicationem, preſertim ſpiritualem.

f ¶ Eius. i. virtutis: vel ducens ad virtutem. xxxij. q. j. dixit.

g ¶ Pudicitiã. §. ꝓxi. q. j. nuptiarũ. ꝯtra. ſ; ibi pudicitiã continētiã vel xginitatē nominat: hic xo virtutē ⁊ caſtitatem que etiã inter nuptiarũ opera nõ amittit̄.

h ¶ Ideo. Scd'a ratio quare nõ precipit̄: ſ; male dicit, qꝛ prima nõ preceſſit quo ad iſtũ articulũ.

i ¶ Iuſſionē. Arg. qꝛ ſi gētilis cũ gētili ꝯtrahat nõ facit ꝯtra preceptũ dñi, cũ matrimoniũ ſit inter eos. vnde ſi veniunt ad fidē non debent ſeparari.

k ¶ Qm̄ ergo. Rñſio Aug. ad Pollētiũ dicētē ꝙ ex quo apl's ꝯſuluit ⁊ nõ dñs, ei⁹ ꝯſiliũ tanq; humanũ nõ diuinũ contēnēdũ eſt. Rñ. ergo Aug. q̄uis id qđ ꝯſuluit apl's nõ precipiat dñs: nihilomin⁹ ꝯſiliũ apl'i tanq; a ſpũ ſancto infuſum acceptãdũ eſt. ⁊ ꝙ habebat a ſpũ ſctõ ꝓbat per duo ſimilia. Et nota ꝙ obiectiones Pollētij nõ ponũtur hic: ſ; colligunt̄ ex reſpõſionib⁹ Aug. ſicut dixit lex: ꝙ ſi inſtrumēto cautũ eſt mihi pecuniã dari, preſumit̄ ſtipulationē eſſe interpoſitã: vt. C. de cõ. ſtip. l. j.

Arg. ad hoc de cõſe. diſ. ij. in chriſto pa. in prin.

l ¶ Dicit. i. monet: nõ dñs dicit. i. p̄cipit. ita repetit̄ xbũ in alia ſignificatione. nã ſi in eadē falſum eſſet: qꝛ q̄cq̄d monet apl's, monet dñs: ꝓut ſequit̄: ⁊ expoſitio varia huius xbi dico bene ꝓbat̄ p intellectũ illi⁹ authoritatis. De virginib⁹ autē preceptũ dñi nõ habeo ⁊c.

m ¶ Dixiſſet. ad oſtēdēdum ꝙ habebat ſpiritũ ſanctũ, et eius conſilio ſtandum eſſet.

cus dixerit qđ ſuadet ſpūs ſanctus,nō dñm ſuadere:cū͂ ⁊ ipſe dñs ſit,et inſeparabilia[a] ſint opera trinitatꝭ.dicit em̄ apl's: De virginib⁹ autē͂ preceptum dñi non habeo,conſilium autē͂ do. Non vt conſiliū hoc alienū existimem⁹ a dño,cū continuo ſequatur ⁊ dicat: Tanq̄ miſericordiā conſecut⁹ a dño,vt fidelis eſſem. Scdm ergo deum dat conſilium fidele in eo ſpiritu,de quo ait: Puto autē q̄ et ego ſpiritū dei habeā. Verūtamen aliud eſt dñi iubētis imperiū:aliđ ꝟo ſerui ſm miſericordiā charitatꝭ q̄ illi a dño eſt inſpirata atq̄ donata,fidele cōſiliū. Aliud em̄ ibi facere non licet,hic autē licet : ita ſane[b],vt ipſum licitū partim q̄dē expediat,partim ꝟo non expediat. Expedit tunc quādo non ſolū ꝓpter iuſtitiam[c] que corā deo eſt,permittit̄:ſed etiā hominibus nullū ex hoc impedimētū ſalutꝭ infert̄:velut cum dat cōſiliū nō nubēdi apoſtol⁹ virginib⁹(vnde preceptū dñi ſe non habere teſtat̄)licet aliud facere.i.nubere,et min⁹ continētie bonū tenere in nuptijs : ipſum quoq̄ licitū etiā expedit[d],qm̄ in vetita ⁊ illicita ruiturā carnis infirmitatem ſic excipit honeſtas nubēdi,vt neminē impediat a ſalute:quāuis magis expediret magiſq̄ honeſtū eſſet ſi virgo conſiliū quo preceptū[e] eā non cōpellit,arriperet. Tūc autē nō expedit id qđ licitum eſt,quādo ꝑmittit̄ q̄dē,ſꝫ vſus ipſi⁹ poteſtatꝭ alijs affert impedimētū ſalutꝭ:ſicut eſt vnde iam diu loquimur,diſceſſio cōiugis fidelis ab infideli:quā nō ꝓhibet dñs precepto legis, q꞉ corā illo iniuſta nō eſt,ſꝫ ꝓhibet[f] apl's cōſilio charitatis q꞉ infidelib⁹ affert impedimentū ſalutꝭ nō ſolū q꞉ ꝑniciosiſſime ſcādalizant̄ offenſi verūetiā q꞉ cū in alia cōiugia ceciderint viuentib⁹ eis a quib⁹ dimittunt̄ adulterinis[g] nexibus colligati difficile reſoluunt̄. Ideo hic vbi quod licet non expedit,nō poteſt[h] dici: Si dimiſerit infidelē,bene facit : ſi non dimiſerit,melius facit,ſicut dictū eſt: Qui dat nuptui,bene facit: et qui non dat nuptui,melius facit:q꞉ non illud ſolū,ſed vtrūq̄ pariter[i] licet:vnde ad nihil horum precepto dñi quiſq̄ compellitur:ſed vtrunq̄ expedit, aliud minus aliud amplius. Unde ad id quod amplius expedit: conſilio apoſtoli,quicūq̄ poteſt capere, prouocatur. Hic autem vbi de dimittendo vel non dimittendo infidelis cū fideli ꝯiugio querit̄:vtrūq̄ quidem pariter licitum eſt per iuſtitiam que coram dño eſt:⁊ ideo nihil horū prohibet dñs: ſed non vtrunq̄ expedit,propter infirmitatē hominum : et ideo id qđ non expedit,apoſtolus prohibet,dante ſibi dño locum liberum ꝓhibēdi : q꞉ neq̄ id quod monet apoſtol⁹,ꝓhibet dominus:neq̄ id qđ prohibet apoſtol⁹,iubet dñs. Quod niſi[k] ita eſſet,neq̄ contra prohibitionem domini apoſtolus aliquid moneret,neq̄ contra iuſſionem[l] eius aliquid prohiberet. Proinde[m] in his duab⁹ cauſis,vna de nubendo vel de non nubendo,altera de infideli coniuge dimittenda vel non dimittenda: aliquid ſimile inuenitur in verbis apoſtoli,⁊ aliquid diſſimile. Simile quidem eſt illud quod ibi dicit: Preceptum domini non habeo,conſilium autem do. ⁊ hic dicit: Ego dico,nō dominus. Quale eſt enim, Preceptum domini non habeo : tale eſt, Non dicit dominus. et quale eſt, Conſilium[n] autem do:tale eſt,et Ego dico. Illud autem diſſimile eſt,quia de nubendo et non nubendo dici poteſt,Hoc bene fieri poteſt,illud autem meli⁹ : quoniam vtrūq̄ expedit, vnum minus, aliud magis at vero de coniuge infideli dimittenda vel non dimittenda, quoniam vnū horū non expedit: aliud expedit dici non oportet, Qui dimittit,bene facit: ⁊ q̄ nō di-

Opera trinitatis an ſint ſeparabilia.

j.cor. vij.c.

Ibidē §.

j.cor. vij.a.

Nubere expedit ⁊ nō expedit.

a ❡ Inſeparabilia.pro maiori parte,nam quedā attribuuntur patri q̄ non filio,⁊ ecōtra. h.Sed tu dic opera operantia.operata em̄ opera nō ſunt inſeparabilia. de ꝯſe.diſ.iij.c.vi.

b ❡ Ita ſane. hic reſpondet Aug.ſecūde obiectioni pollentij dicētis:quare apl's nō plus dicit conſulendo,bonum eſt dimittere vxorē infidelē:melius eſt autem cum ea manere,ſicut alibi conſulendo dixit: Qui dat nuptui,bene facit : qui non dat,melius facit? Et reſpondeo q̄ quedā licita ſunt quorum vtrūq̄ expedit,vt dare nuptui,⁊ nō dare nuptui. Alia quorum vnū expedit,aliud non : vt dimittere, non dimittere.cum primis recte ponūtur hec adiectiua bonū,melius,cum ſcđis non:q꞉ vtrūq̄ non eſt bonum: quia nō meritoriū: ⁊ ideo nō dicit apoſtolus : qui dimittit,bene facit ⁊c̄.

c ❡ Propter iuſtitiā.i. ꝓpter ipſum nubere,qđ eſt iuſtum.xxvij.q.j.nuptiarum.

d ❡ Expedit.xxxiij.q.v.qui ſitit. §. Et expedit quidē, ⁊ nō expedit.expedit cauſa fornicationis vitāde. non expedit, quoniam vxorati cum ſint diuiſi,⁊ cogitare eos oporteat quomodo placere poſſint et ſeruire vxorib⁹: diuinis obſequijs ⁊ orationibus intendere adeo expedite non valent: vt extra de cle. coniug. quod a te. expedit ergo nubere q̄ ad fornicationē vitandam:ſed non expedit volēti tēdere ad regnum celorum, ⁊ ſic ſoluuntur contraria. xxxiij. q. v. tunc ſaluabitur.

e ❡ Preceptum. j.xxxij.queſt.j.integritas.

f ❡ Sꝫ ꝓhibet.i. ſub forma ꝓhibitionis diſſuadet.

g ❡ Adulterinis. Arg.q̄ fidelis qui dimittit vxorē infidelem cohabitare volentē,nō poteſt aliā ducere in matrimonium,nec illa alium,quia remanet matrimonium: vt.j.q.ij.§. qđ vero.c.ſi quis.

h ❡ Non pōt.hic elice ſecundā obiectionē pollentij.

i ❡ Pariter. alterū † q̄dē ꝓpter idololatrie fornicationē, ‡ alterū ꝓpter lucrādi occaſionē.

† Scꝫ dimittere. ‡ Vꝫ. eo idololatria.

k ❡ Niſi ita.i.niſi dño daret apoſtolo liberū locū ꝓhibēdi.i. diſſuadēdi: apoſtol⁹ diſſuadere nō deberet ſi cōtrariū dñs ꝓhibuiſſet vel precepiſſet: quod non fecit.

l ❡ Iuſſionē. Si dño ꝓhibuiſſet.

m ❡ Proinde. hic incipit aſſignare ſimilitudines.

n ❡ Cōſiliū.§.xxvij.q.j.nuptiarū.

a ¶ Dimittit. Sicut q̄ dat nuptui bene facit: ſed qui nō dat, melius facit: q: vtrūq; licitū eſt, ſed non expediens.
b ¶ Ego exponens. ſcʒ ſuper euangelium Matthei.
c ¶ Prohibendi. i. diſſuadendi.
d ¶ Non expediant. ꝯ. xiiij. q. j. quod precipitur.

e ¶ Si autem. Hic reſpondet tertie obiectioni Pollētij dicentis: cū hoc verbū dico preceptiue ponat̄ in ep̄l'a ad Galatas: Ecce ego Paulus dico vobis quia ſi circūcidimini ⁊c̄. quare nō ſil'r preceptiue cum dicit: Ego dico, nō dn̄s. vel cōceſſo etiam ꝙ admonitiue ponat̄ ibi verbū dico vobis q̄a ſi circūcidimini ⁊c̄. nullum inconueniens inde ſequit̄. nō em̄ indignuʒ eſt ſi que iubet domin⁹: monet apoſtolus. (Dico ꝑceptiue ⁊ admonitiue ponit̄.)

mittit[a], meli⁹ facit: ſʒ dici opʒ, Non dimittat: q: etſi licet, non expedit. Sic ergo poſſumus dicere melius eſſe infidelē coniugem non dimittere, q̄uis liceat ⁊ dimittere: quēadmodū recte dicim⁹ meli⁹ eſſe qđ ⁊ licet et expedit, q̄ʒ id qđ licet et non expedit. His de cauſis factum eſt vt ego exponēs[b] dn̄i ſmonē quē in mōte ꝓlixū habuit, vbi vētū eſt ad q̄ſtionem de cōiugib⁹ dimittēdis vel nō dimittēdis, adhibuerim conſiliū ab ap̄l'o dictū, nō preceptū dn̄i, vbi ait: Ceteris autē ego dico, non dn̄s: monēs eos qui haberēt cōiuges infideles, vt cōſentiētes habitare ſecū non dimitterent. qđ vtiq; ideo monendū, nō iubendū fuit: q: nō tāto pōdere ꝓhibendi[c] hoīes facere licita, q̄uis nō expediant[d]: quāto pōdere ꝓhibenda ſunt illicita. Si autē[e] alicubi ap̄l's etiā illa que iubēda ſunt, monere dignat̄: hoc fecit parcendo infirmitati, nō preiudicādo[f] iuſſioni. vn̄ ſic dicit: Nō vt cōfundā vos hec ſcribo: ſed vt chariſſimos filios moneo. q̇đ hʒ q̄ōnis vbi ait[g]: Ego dico, non dn̄s. item vbi ait: Ecce ego Paul⁹ dico vobis quia ſi circūcidimini, chriſt⁹ vobis nihil proderit: Nunq̇d[h] etiā hic dixit[i]: Ecce ego dico, nō dn̄s. Nō ſunt itaq; ſil'ia iſta: q: etiā illa q̄ iubet dn̄s, nō eſt idignū vel contrariū ſi eadem monet ap̄l'us. Monem⁹ em̄ eos quos charos habem⁹ vt faciant dn̄i precepta vel iuſſa. Cū vero dicit, Ego dico, nō domin⁹: ſat̄ oſtendit dn̄m non ꝓhibere qđ ipſe ꝓhibebat. ꝓhibuiſſet aūt dn̄s ſi eſſet illicitū[k]. Ergo ſm ea q̄ ſupra diximus[l], multūq; ꝟſauim⁹, licitū erat ꝑ iuſtitiaʒ ſed etiā licitū nō erat faciēdū ꝓpter liberam beneuolētiam. Tu ꝟo[m] cui placet ita nō licere qđ non vetat dn̄s, ſed ap̄l's: quemadmodū nō licet qđ vetat dn̄s: cum exponere voluiſſes q̇đ ſibi vellet qđ ait: Ego dico non dn̄s: cū alloquereſ fideles q̇b⁹ eſſent cōiuges infideles, dixiſti: q: dn̄s iuſſit ne coniugia ſibimet diuerſe religionis copularētur. ⁊ ip̄m adhibuiſti teſtimoniū dn̄i dicentis: Non accipies vxorem filio tuo de filiabus alienigenaruʒ ne traducat euʒ poſt deos ſuos, vt pereat anima ei⁹. Addi-

¶ Si aūt. ¶ Caſ⁹. Hic eſt rn̄ſio ad tertiā obiectionē Pollentij: q̄ talis erat. Cū dixit ap̄l's: Ecce ego dico quia ſi circūcidimini ch̄r's vobi' nihil ꝓderit: ibi ponit̄ hoc ꝟbuʒ dico ꝑceptiue. q̄re ergo nō ſil'r et hic? Sed Augu. rn̄det dupl'r. Primo ſic: dicit em̄: non eſt abſurdū ſi etiā ibi cōmonitorie ⁊ de conſilio loquat̄ ap̄l's: ſʒ de precepto q̄libet ad illud cogat̄: Sepe em̄ monem⁹ humilit̄ charos noſtros vt faciant ea que ſunt ꝑcepti: et hoc facit ap̄l's parcens eorū infirmitati. Scđo dicit ꝙ nō eſt mirādum ſi ibi ponit̄ preceptiue: h' ꝟo cōmonitorie: q̄a ibi đt: Ego dico ſimpl'r: hic ꝟo Ego dico: nō dn̄s. (j. Cor. vij.b.)

¶ Tu ꝟo. Hic incipit tertia pars: in qua ponitur expoſitio Pollentij: ⁊ ratio ſue expōnis. dicebat enim: dico. i. precipio: et nō dn̄s dicit. i. ꝑcipit. Nā ſi dn̄s ꝑciperet: vt fidelis nō dimitteret infidelem: eſſet ſibi contrarius: q: in veteri teſtamento coniugia fideliū ⁊ infideliū ꝓhibuit dicens: Non accipies ⁊c̄. Sed opponit Augu. Ergo ſm hoc ap̄l's eſt contrarius ve. teſt. et dn̄o magr̄o ſuo. Sed huic oppoſitioni rn̄det Pollentius dicēs ꝙ in alio caſu loquit̄ prohibitio dn̄i in veteri teſtamēto: ⁊ in alio ap̄l'i preceptum. Illa em̄ loquit̄ in mr̄imonijs contrahendis. iſta de iam contractis. Prohibet etiā dn̄s ne diuerſe religionis cōiugia cōtrahant̄. prohibet aūt ap̄l's ne talia coniugia iam cōtracta diſſoluantur: ⁊ ſic ap̄l's nō eſt cōtrarius dn̄o. Sed replicat Aug. dicens ſibi placere ꝙ dicit ap̄l'm nō eſſe cōtrariū dn̄o: nec veteri teſtamēto. et ita cōcludit ꝙ illa non eſt bona ratio quare dn̄s nō precepit: q: eſſet cōtrarius ei qđ dixerat in vete. teſta. qđ falſum eſt: cū ibi intelligat̄ de coniungendis. hic vero de iam coniunctis. ⁊ ita ſi aliud precepiſſet ibi, ⁊ aliud hic: nō eſſet ſibi contrarius. et q: non eſt bona ratio: nec aliam vales inuenire: patet ꝙ tua expoſitio nullius eſt momenti. et ſic Pollentium victorioſe concludit. Ibi agitur. i. in apoſtolo. (j. Cor. iij.c. Gala. v.a.)

f ¶ Nō preiudicando. ſicut dicit lex ꝙ volūtarie tutele munera priuilegijs non preiudicant. C. de excu. tuto. voluntaria.
g ¶ Ubi ait. Ratio ad tertiam.
h ¶ Nūquid. ar. ꝙ nullū verbuʒ in oratione vacat myſterio: et arg. ff. de vſu. ſi ſtipulatus. nā ibi đr ꝙ ſi ſtipulatus ſum a te rem mihi dari, vacuāq; poſſeſſioneʒ tradi: fructus veniūt in ſtipulatione. ſi autem rem tātū mihi dari: nō veniunt in ſtipulatione. argu. cōtra. ff. pro ſoc. ſʒ et ſi adijciat̄. Item eſt hic argu. ꝙ non eſt argumētandū de cōſimilibus illis inter que diſſimilitudo attēditur. ff. de rei vendi. ſi nauis. et. ff. de condi. indeb. plane. ⁊ ita. intellige. ff. eo. titu. ſi reus. et hinc bene đr. ff. de iniuſto et rup. teſt. l. iij. (Fruct⁹ in ſtipulatione rei qñ ꝗ veniūt, qñ ꝗ non.) (Deut. vij.a.)

i ¶ Dixit. Si. ff. de iuriſ. omnium iudi. ſi familia.
k ¶ Illicitū. Arg. oē illicitū eſſe prohibitū: ſaltē ibi: Declina a malo et fac bonū. dicit ibi expoſitor, a malo omni: et exaudi hoc de mortali: venialia enim nō ſunt ꝓhibita. arg. xiij. diſt. nerui. xiiij. q. j. quod precipitur. (Pctm̄ mortale et nō veniale eſt ꝓhibitum.)
l ¶ Supra diximus. Supple ꝙ dn̄s non prohibuit id quod apoſtolus ⁊c.
m ¶ Tu vero. Augu. q̄ dictū ap̄l'i intelligit de conſilio, ego dico nō dn̄s: intellectū ſuū ⁊ rōnē ſuā poſuit in prin. quare dn̄s non debuit precipere vt non diſcederet vir fidelis ab infideli. Pollētius aūt q̄ de precepto intelligit, aliam rōnē ponit dicēs ꝙ ideo ꝑcipit ap̄l's ⁊ nō dn̄s infidelē nō dimitti, q: dn̄s videret̄ ꝯtrarius ſibi: cū ꝑceperit in ve. teſt. ne quis alienigenā duceret. cōcludit ergo Augu. ex hoc qđ dicit Pollentius, ap̄l'm in precipiēdo fuiſſe etiā ꝯtr̄iū dn̄o. Ad hoc rn̄det Pol. ꝙ in diuerſis caſib⁹ loquunt̄ ap̄l's ⁊ dn̄s: ⁊ ideo nō eſt ꝯtrarius ei. infert ex hac reſponſione Aug. ergo nec dn̄s erat ſibiipſi cōtrarius ſi

diſti etiã verba apoſtoli vt ait: Mulier alligata eſt viro q̃diu vir ei⁹ viuit. q̄ ſi mortuus fuerit vir ei⁹, liberata eſt: cui vult nubat, tm̄ in dño. qđ ita expoſuiſti, vt adiũgeres.i.xp̄iano. deinde ſecut⁹ es et addidiſti[a]: Hoc eſt ergo dñi preceptũ tã in veteri teſtamento q̃ȝ in nouo, vt nõ niſi eiuſdem religionis et fidei cõiugia maneãt copulata. Si ergo hoc eſt domini p̄ceptũ tã in ve.teſt. q̃ȝ in nouo, ⁊ hoc iubet dominus: hoc docet[b] apl's: vt nõ niſi vni⁹ religionis ⁊ fidei maneant copulata cõiugia: quare cõtra hoc dñi iuſſum, contra doctrinam ſanctã, ‡ cõtra p̄ceptũ noui et vete.teſt. iubet apl's iã in cõiugio poſitos, nõ ſolum monet, ſed etiã iubet vt ſi alter ex coniugibus crediđiſſet, alterũ nõ credẽtẽ, ſecũ tm̄ habitare ꝯſentientẽ nõ dimitteret? His verbis tuis aliud eſſe hoc[c] aliud illud, ſatis euidẽter oſtendis. illud em̄ de his coniugijs agitur que ſibi primitus copulantur, ne nubat femia niſi ſue religionis viro, vel ne vir talem[d] accipiat vxorẽ. id em̄ (vt dicis) iubet dñs: docet apl's: vtrũqȝ precipit teſtamentũ. hoc autẽ diuerſuȝ eſſe quis abnuat, vbi agitur[e] nõ de cõiungẽdis, ſed de coniũctis? Ambo[f] quippe vnius eiuſdemqȝ infidelitatis fuerũt qñ cõiuncti ſunt: ſȝ euãgelium cuȝ veniſſet: alter ſine altera: vl' altera ſine altero credidit. Si ergo aliud hoc eſt (qđ ſine ſcrupulo vllius dubitationis apparet) cur virum fidelẽ[g] cũ infideli ꝯiuge p̄manere nõ lȝ? nõne etiã ⁊ dñs ſicut apoſtol⁹ iubet? niſi forte loco[h] iſto vacat q̄ tam fidenter ipſe apoſtolus ait: An vultis experimentũ accipere ei⁹ q̇ in me loquitur Chriſtus? et dominus vtiqȝ eſt chriſt⁹. Intelligis ne[i] q̇d dicã? An in hoc explanando aliquanto diligentius[k] immorabor? Attẽde, vt rẽ ipſam explanãdã tanq̃ȝ in cõſpectu conſiderandã pleniore ſermone ponã. Ecce[l] cõiuges duo: vnius infidelitatis fuerũt qñ ꝯiuncti ſunt. nulla de eis queſtio eſt que pertineat ad illam domini iuſſionem, doctrinãqȝ apl'icam, ⁊ preceptũ veteris et noui teſtamẽti quo p̄hibetur fidelis cum infideli cõiugium copulare. iam ſunt coniuges: et ambo adhuc ſunt infideles. adhuc tales ſunt quales fuerunt anteq̃ȝ coniungerentur, qualeſqȝ coniuncti ſunt: venit euãgelij p̄dicator: credit eorũ aut vn⁹ aut vna: ſed ita, vt infidelis cum fideli habitare cõſentiat. Jubet fideli dominus ne infidelem dimittat[m]: an nõ iubet? ſi dixeris, Jubet: reclamat[n] apl's, Ego dico, nõ dñs. Si dixeris, Nõ iubet: cauſam reqro[o] neqȝ illã, mihi reſponſurus es quã tuis literis indidiſti: q̄ dñs videlicet p̄hibet fideles infidelib⁹ iũgi. hic enim nullo modo eſt iſta cauſa: quia de iam iũctis loquimur, nõ de cõiũgẽdis. Si ergo tu cauſam non inueniſti cur vetet dñs qđ prohibet apl'us, cernis iam (vt exiſtimo) non eſſe ipſam cauſam quam putaueras eſſe.

Contra inuenitur in concilio Toletano quarto.

¶ Niſi ad fidẽ iudeus acceſſerit, ſeparetur ab vxore fideli.

Iudei q̇ xp̄ianas mulieres in cõiugio hñt admoneant ab ep̄o ciuitatis illi⁹

---

idem preciperet quod apoſtolus: cum dominus de coniungendo, apoſtolus de iam coniuncto loquatur matrimonio. q̇d ergo reſpondes Pollenti quare percipiat apoſtolus ⁊ non dominus: aſſigna cauſam.

a ¶ Addidiſti. Ad hoc idem probãdũ, et addidiſti concludendo.

b ¶ Hoc docet. reſpon. † et oſtendit cõcluſionẽ illã non ꝯuenire: q̄ȝ in alio ⁊ in alio caſu loquitur apl's ⁊ dñs.

† Scilȝ Pollenti⁹. h. j. Cor. vij. c.

c ¶ Eſſe hoc. de cõiunctis.

d ¶ Talem.i. nõ ſue religionis.

e ¶ Ubi agitur. in apoſtolo.

f ¶ Ambo. Pone exẽplũ vt meli⁹ appareat qđ dicit C. de tranſactio. vt reſponſum.

g ¶ Cur virũ fidelem. intrat queſtionem, vt Pollentius aliter reſpondeat: cũ p̄ma eius rñſio nulla fuerit.

h ¶ Loco.i. locuȝ nõ habet: nõ eſt verum. q.d. niſi velis dicere q̄ apl's hoc non dixit authoritate ſpũſſancti.

‡ al'as ſuam. j. Cor. vij. c.

i ¶ Intelligis ne. vñ Philo. Sentis ne inquit hec: atqȝ aio illabũtur tuo?

k ¶ Diligentius. Argu. q̄ aduerſari⁹ tenet aperire q̄ dicit ſuo aduerſario: vt argu. v. q. ij. relatuȝ. xj. q. iij. eorum. ſed hoc ca. nihil facit: quia dicit Boetius in. iiij. lib. Topicoȝ q̄ diſputatio dialecticoruȝ eſt ad alterutrum: cauſidicorum ſiue rhetorum ad tertiũ. ‡ Unde in dialectica diſputatione eſt neceſſe q̄ q̇ obijcit, exponat obiectiões ipſi reſpõdenti. in rhetorica vero ſufficit q̄ faciat ipi iudici fidẽ. ſi obijciat. xxx. q. v. iudicãtẽ. dicim⁹ q̄ de mandato iudicis dȝ ei rñdere vel expõere ſi põt: al'r non tenetur. C. de

Aduerſari⁹ an debeat aduerſario aperire q̄ dicit.

‡ Scilȝ aliuȝ.i. iudicẽ.

non nume. pecu. gñaliter. ff. de p̄ba. quinquaginta.

l ¶ Ecce. ponit thema vt apertius dicat.

m ¶ Dimittat. hec lr̃a ſine nõ, extorta eſt: põt tm̄ ita intelligi: Jubet fideli dñs vt infidelem dimittat, an non iubet vt dimittat, id eſt an iubet vt nõ dimittat? et aſſumit Aug. tm̄ alteram partẽ diſiunctiue, hanc ſcilȝ, iubet vt ij. cor. vij. a. non dimittat: et ex iſta p̄cedit: ſi dixeris iubet ⁊c. Scđm aũt q̄ in lr̃a eſt, nõ vt fidelẽ non dimittat ⁊c. plana eſt litera: ⁊ bñ cõgruũt que ſequunt. nã ſi dicat, iubet vt dimittat: apl's eſt cõtrari⁹ dño vbi dicit dico ego, non dñs. ſi autẽ dicat, nõ iubet vt dimittat: aſſignat aliã cãm.

n ¶ Reclamat. nec reclamat apl's ꝯtriũ ſuadẽdo: nec reclamat per hanc literam, nõ dñs. et hoc cum nõ eſt ibi non. ſed credo literam falſam eſſe ſine non. M.

o ¶ Cauſam reqro. quare nõ iubet dominus vt nõ dimittat. Jo.

¶ Cõtra inueni.

q Hec eſt. iiij. pars qõnis, in qua loqtur de iudeis, a qbus vxores, et filij baptizati ſũt ſeparandi: et al'as coȝ conſortiũ vitãdũ. ⁊ hoc p̄bat p. v. authoritates. Jo. đ f.

¶ Caſus. Dictum eſt. ſ. q̄ fidelis poteſt retinere infidelem volẽtem habitare cum illo. Sed Toleta. conci. dicit cõtra. Sed hoc ſpecialit' eſt de iudeis ſtatutũ. et q̄ ſit cã, in ſeq. c. ſubnectit.

Iudei. ¶ Ca⁹ Si iudei vxor conuertat ad fidẽ, admoneri debȝ vir vt ipſe ſit'r conuertat. quod ſi noluerit, ipſa dȝ ab eo ſeparari. filij vero cõmunes apđ cũ parẽtem q̄ fidelis eſt debent nutriri. iiij. p̄s.

Tu ¶ Judei. Qđ hic dicit, corrigitur ex̃ de diuoꝛ. quanto. Vel qđ dicitur hic ſeparandos eſſe, intelligas in illis caſibus quando in contumeliam creatoꝛis vult habitare cũ eo, vel vt trahat eũ ad aliquod moꝛtale peccatum: ⁊ ſm hoc idẽ iuris eſt in iudeo ⁊ gẽtili. Vel loquitur in eo caſu de conſecra. diſt. iiij. pleriq;. ⁊ hec litera hoc idẽ innuit vbi dicit vltra, ⁊ vbi dicit ſeparari, ⁊ ita per baptiſmũ ſoluit ius patrie poteſtatꝭ: nec tamẽ priuabunt iſti paterna ſucceſſione. ex̃ de iude. iudei.

d ¶ Proficiant, iuxta illud: Auge nobis fidem. de peni. diſt. ij. dum ſanctam. ergo iam iſti baptizati erãt cum proficere debeant in gradibus dignitatis, id eſt virtutꝭ: vt de pe. diſti. ij. dũ ſanctam.

vt ſi cũ eis permanere cupiũt, chriſtiani efficiant. q ſi admoniti fuerint ⁊ noluerint, ſeparent: q nõ põt infidelis in ei permanere ꝯiũctione q̃ iam in chriſtianã trãſlata eſt fidẽ. filij autẽ q̃ ex talib nati ſunt, fidẽ atq; ꝯditionẽ[a] matrꝭ ſequãtur. ſiĉr illi q̃ pꝛocreati ſunt de infidelib mulierib ⁊ fidelibus virꝭ: chriſtianã ſequant religionẽ, non iudaicã ſuperſtitionẽ. Verũ hoc ideo ſtatutũ eſt, ne dum fidelis ſalutẽ querit infidelis, poti ipſe cũ ea infidelitatis[b] perditionẽ inueniat.

Unde in codẽ ꝯcilio tam de filijs iudeoꝝ q̃ de ceteris ad fidẽ veniẽtibus, ſtatutũ eſt vt infideliũ conſoꝛtia euitentur.

¶ A parẽtũ infideliũ ſeparẽtur ꝯſoꝛtio fideles filij, ne eoꝝ inuoluantur erroꝛib.

Iudeorum[c] filios vel filias, ne parẽtũ vltra inuoluant erroꝛib, ab eoꝝ conſoꝛtio ſeparari decernim, deputãdos aut monaſterijs, aut chriſtianis mulierib, aut virꝭ deũ timẽtib: vt ſub eoꝝ conuerſatione cultũ fidei diſcant: atq; in meli inſtituti, tã in moꝛib q̃ in fide ꝓficiant[d].

Idem.

¶ Judeis ad fidẽ veniẽtib cu infideli nulla ſit cõmunio.

Sepe maloꝛum cõſoꝛtia etiam bonos coꝛrũpũt: quanto magis eos[e] qui ed vitia ꝓni ſunt. Nulla igit vltra cõmunio ſit hebreis[f] ad fidem chriſtianã tranſlatis cũ his q̃ adhuc in veteri ritu cõſiſtunt ne foꝛte eoꝛũ participatione ſubuertantur. Quicũq; ergo ex his qui baptizati ſunt, amodo infidelium cõſoꝛtia non vitauerint: ⁊ hi chriſtianis donentur, ⁊ illi publicis[g] cedibus deputentur.

Item ex ſeptima ſynodo.

¶ Cum iudeis nec manducãdum nec bibẽdum: nec ab eis medicamẽtũ accipiẽdum eſt.

Nullus[h] eoꝛũ q̃ in ſacro ſunt oꝛdine, aut laicus azyma eoꝝ manducet, aut cũ eis habitet, aut aliquẽ eoꝝ in infirmitatibus ſuis vocet: aut medicinam ab eis ꝑcipiat[i], aut cũ eis in balneo lauet. ſi vero quiſq; hoc fecerit, ſi cleric eſt, deponat. ſi laic excõicet.

Item ex cõcilio Agathenſi.

¶ Clerici ſiue laici vitẽt iudeorum ꝯuiuia, nec eos ad ſua cõſoꝛtia recipiant.

Omnes deinceps clerici ſiue laici iudeoꝝ[k] conuiuia vitent, nec eos ad cõuiuiũ q̃ſq; accipiat: q cũ apud chriſtianos cõmunib cibis nõ vtãtur, indignũ atq; ſacrilegũ eſt eoꝝ cibos a chriſtianis ſumi: cũ ea q̃ aplo ꝑmittẽte nos ſumim ab illis iudicent imũda:

Tu. hic q hec decre. non corrigit hoc ca. ſz decla rat in ꝑ: di. de: cre. ptz. ſi. ſi em alr ⁊c. ⁊ qđ ſe: quit, ve rus eſt mulier ad fidẽ cõuerſa ꝯ infi: delẽ re: linqre, ſed non ecõuer: ſo. ✝ hoc ẽ remẽdũ ſm Jo. defan.

quãdo pꝛimo fuerunt chriſtiani: et poſtea alter fact eſt iudeus, vt tunc teneatur recedere ab ipſo ſi noluerit cõuerti: vt. ſ. e. non ſolũ. vel dic q alid eſt ✝ ſi vir conuertit ad fidẽ, ⁊ aliud ſi mulier. Nam ſi mulier cõuertitur, ipſa debet recedere a viro, ne vir eã reuocet ad pꝛioꝛez erroꝛem. Sec eſt ſi vir conuertit, q facilius poſſunt viri reuocare mulieres q̃ econuerſo. nam vir caput eius eſt. xxxiij. q. v. cum caput. Sed quaĩr poteſt eccl'ia filios illoꝛũ quoꝛũ alter eſt conuerſus cogere ad baptiſmum? Rñ. ex q̃ alter parens eoꝛũ conuerſus eſt, iam eſt factus de foꝛo eccl'ie, ergo ⁊ filij ei ꝑ ꝯſequẽs: vt. xv. q. vlti. cũ multe. Jo. ſz melius credo q intelligatur qñ iudeus exiſtẽs iude cõtraxit cũ chriſtiana. B.

a ¶ Conditionẽ. ꝭ. xxxij. q. iiij. liberi. cõtra. hic de conditione religionis, ibi de ꝯditione ſeruitutis.

Paga: ni vero trahun tur ad fidẽ q̃ iudei.

b ¶ Infidelitatꝭ. iudei vero difficilioꝛes ſunt ad conuertendum, ⁊ peritioꝛes ad ſubuertendũ q̃ gẽtiles, q legẽ habẽt ⁊ ꝓphetas: ⁊ ideo hec ratio poti habet locũ in eis q̃ in gẽtilib: ar. xj. q. iij. ad menſam.

Iudeoꝝ filij non ſunt ꝑ vim baptizãdi.

Iudeoꝝ. ¶ Caſus. Filij iudeoꝝ ad fidem conuerſi ne a parẽtibus coꝛrumpãtur, debẽt ſeparari ab eis et nutriri, vel in monaſterijs, vel apud mulieres chriſtianas: vt in moꝛibus ⁊ fide proficiant.

c ¶ Judeoꝛũ. Quidã intelligũt hoc ca. q iudeis auferẽdi ſunt paruuli eoꝝ ⁊ baptizandi, ſed adulti nequaq;: ſz certe ſicut nec adulti, ita nec paruuli vi trãhendi ſunt: ✝ immo ſm hoc in breui null eſſet iude. quomodo ergo reliquie iſrael ſalue fierẽt poſtea? ideo itelligo hoc de filijs iam chriſtianis quos foꝛte parẽtes circũcidere volebant.

✝ Dic vt hꝭ. ſ. xlv. diſ. q̃ ſyncera.

Sepe maloꝛũ. ¶ Caſ. Statuitur hic vt iudei ad fidẽ trãſlati nõ cõmunicẽt cum hebreis, ne coꝛrũpantur ab eis, qm̃ ſepe maloꝝ ꝯſoꝛtia bonos coꝛrũpunt: qđ ſi fecerint, caſtigẽtur, ⁊ hebrei cedib deputent. Donentur, nõ vt ſerui eoꝛũ ſtẽt, ſz vt diſciplina regant ab eis.

e ¶ Eos, i. neophytos.

f ¶ Hebreis. iſti ergo nomen antiquum retinẽt poſt baptiſmũ: argu. ꝭ. xxvij. q. ij. ſcripſit.

g ¶ Publicis. ar. q eccl'ia iudicat de his que foꝛis ſunt, qđ verũ eſt quantum ad coꝛpoꝛales penas. cũ em̃ peccãt, poſſunt verberari: vel alio modo coꝛpoꝛal'r mulctari de precepto epĩ vel pꝛincipis: arg. xvij. q. iiij. cõſtituit. ⁊ ex̃ de rapto. in archiepatu. ⁊ alia etiã pena poſſunt puniri: vt ex̃ de vſuris. poſt miſerabilẽ. ſz quantũ ad ſpũalẽ penã eccl'ia non iudicat de illis, q nõ poteſt eos excõicare: q q̃ in eccl'ia nõ eſt, ab eccl'ia ſeparari nõ poteſt: vt. xj. q. iij. omnis chriſtian.

Eccl'ia iudicat aliqñ de ijs que ſunt foris.

h Nullus eoꝝ. Niſi ſit miſſus ad predicãdũ eis. ex̃ de iudeis. ca. q̃ ſit laudabile.

i ¶ Percipiat. Emere tamẽ poteſt ab eis aliqđ, et poſt pꝛepararet. arg. C. de iude. nemo.

Omnes deinceps. ¶ Caſus. Omẽs chriſtiani vitent ꝯſoꝛtia ⁊ ꝯuiuia iudeoꝝ. Nã cũ ipſi chriſtianoꝝ cibis non vtant, indignũ eſt vt chriſtiani eoꝝ cibis vtãtur, ne inferioꝛes eis efficiantur.

k ¶ Judeoꝛũ. Similiter ⁊ gentilium: cum et ipſi hodie etiã cibos diſcernant, licet em̃ non ꝯtineant verbis edicti

vt.xj.q.iij.ad menſam.continentur tamē in ſententia:vt ff.de peti.here.item.veniunt.§.ait ſenatus.⁊.ij.q.j.multi.et.ff.ſi qua.pau.fe.di.l.pe.ſed quare loquimur cū eis, cum nec comedamus cum eis? ſed de hoc reddit ratio, q2 maior familiaritas eſt in cibo ſumēdo, q̄ȝ in colloquio,

e ¶ Reputatur. Quo ad vitā eternam.de peni.diſt.iij. ſi quis autem non habens.
f ¶ Abſqȝ deo.i.abſqȝ fide que eſt a deo.
g ¶ Uirtus. Supra diſtic.xxvj.deinde.ꝰ† ꝫ.j.q.j.ſicut v2geri.ꝫ.diſt.xlv.vera iuſtitia.ꝫ.xxiiij.q.j.vbi ſana.

Familiaritas in cibo ē maior q̄ȝ i. colloquio. et facilius q̄s decipitur inter epulas: vt.xxij.queſt.iiij.vnuſquiſqȝ.
a ¶ Inferiores.vt.ij.q.vij.in ſctā.
¶ Ex his.ꝗ Hec eſt v.pars qđ.in qua ponit magiſter diuerſas ſolutiones quō intelligat qđ dicit, omne qđ nō eſt ex fide ⁊c. probat etiā q̄ nullꝰ chriſtianus dȝ ducere mulierē infidelē: et diſtinguit inter matrimonia fideliū et infideliū. Jo.d fan. Rom. xiiij.d.
¶ Caſꝰ. Jſte.§.diuiditur in quatuor partes. Jn prima concludit G.ex ſupradictis matrimonium eſſe inter infideles. Jn ſecunda parte exponit illud apli: Omne qđ nō eſt ex fide ⁊c.i.omne quod fit cōtra conſcientiā,edificat ad gehennā. Uel ſic.i. omne quod non fit ea mente vt valeat ad ſalutem, apud deum inutile reputat. Jn tertia parte exponit illđ Auguſti. Nō eſt vera pudicitia infidelis hominis cū cōiuge ſua.i.non eſt inter illos illa pudicitia que ducat ad vitā eternā: qđ ꝓbat ꝑ ſimilitudinē ſacramētorum que tractantur ab hereticis. Jn quarta parte exponit illud Ambro.dicētis: Nō eſt putādum matrimoniū qđ extra dei decretū factū eſt, dicēs q̄ hoc intelligit de matrimonio cōtracto cū cōſanguineis vel affinibꝰ. Secunda pars incipit ibi: Jllud vero. Tertia ibi: Jtē cū dicitur. Quarta ibi: Jtem illud. Ibidē

ac ſic inferiores[a] incipiant eſſe chriſtiani q̄ȝ iudei, ſi nos q̄ ab illis apponunt, vtamur: illi vero a nobis oblata contemnāt.

Ex his itaqȝ euidenter colligitur cōiugiū eſſe inter infideles. ¶ Jllud vero apli, Omne quod nō eſt ex fide, peccatum eſt: non ita intelligendū eſt vt quicqd fit ab infidelibꝰ, credat eſſe pctm̄: ſed omne qđ contra conſcientiā[b] fit, edificat ad gehēnā. vnde Ambro. Peccatū eſt qđ aliter fit q̄ȝ probatū eſt. Itē Aug. ſuper eūdem locū. Omne qđ aliter fit q̄ȝ ꝓbatum eſt, peccatū eſt: nō tamē omne qđ fit cū fide[c], bonū eſt. ignorātia em̄ que eſt ex culpa, nocet. Hinc etiā apl's ait: Beatꝰ qui non iudicat ſemetipſum in eo quod ꝓbat.i. qui non facit dānabilē ſemetipſum aliter faciēdo q̄ȝ probet eſſe faciēdū. Uel omne qđ non eſt ex fide[d], dicit eſſe peccatū: quia qcquid ea fide non fit vt ad eternā valeat ſalutem, inutile reputat[e] apud dnm̄. Unde Auguſt. ait: Omnis vita infideliū peccatū eſt: nec valet eſſe bonum qđ fit abſqȝ[f] deo. vbi em̄ deeſt agnitio eterne et incōmutabilis veritatis, falſa virtus[g] eſt etiam in optimis moribus. Item cum dicitur, non eſt vera pudicitia hominis infidelis cū cōiuge ſua: negat pudicitia eſſe vera quātū ad effectū ⁊ ad premiū, videlicet eterne ſalutis. Sicut enim apud hereticos ſacramēta negant eſſe vera nō quātū ad formā, ſȝ quātū[h] ad virtutē: ſic et virtutes negant eſſe vere[i] apđ infideles, non quin vere in eis ſint, iuxta illud Hiero. Uirtutibus Romani ꝓmeruerūt imperiū, ſed q2 effectu carēt eterne ſalutꝭ. Item illud Ambro. Non eſt putādū matrimoniū qđ extra dei decretū factū eſt: ſȝ cū cognoſcit, eſt emēdādū: non oſtēdit cōiugiū nō eſſe inter infideles. nullo em̄ dn̄i precepto gētiles ꝓhibent cōiungi gētilibus. nec ergo eorū coniugium extra dei decretum fit. illa itaqȝ authoritate iubētur ſeparari ab inuicē q̄ cōtra dei vel eccleſie decretū copulati ſunt: vtpote infideles cū fidelibꝰ vel conſanguinei cū cōſanguineis, vel affines cū affinibꝰ. hi omēs ſi ſibi inuicē copulati fuerint, ſeparandi ſunt.

Hinc etiam idem Ambroſius in libro de patriarchis.

¶ Fideles infidelibꝰ non ſunt coniugio copulandi.

Caue chriſtiane gentili aut iudeo filiā tuā tradere[k]: caue inquit gētilem vel iudeam atqȝ alienigenam, hoc eſt omnē hereticā ⁊ alienam[l] a

h ¶ Quantū.ꝫ.j.q.j.qđ q̄dā.de cōſe.diſt.iiij.q̄ȝuis.ꝫ.di.xxxij.§.verū.ꝫ.xxxij.q.i.cū renūciat. arg.xxiiij.queſt.j.vbi ſana.ꝫ.de peni.diſtinct.v.conſideret.ꝫ.de pe.diſti.ij.§.qđ autē.⁊ diſti.iij.ille rex.
i ¶ Uere. Nō videtur dicere verū. Nam vbi deeſt fides vel charitas, nullatenus eſt virtus, prout theologus accipit virtutem. quod ergo dicitur hic virtutibꝰ intellige ſcȝ politicis, que ſine charitate habent a multis. ſtrenui enim actus hominum in eis erant: ar.xxiij.qō.iiij.ſi non ex fide. Nam et virtus pro fortitudine ponitur.ff.de aleato.quibus. ‡ Alie vero virtutes (vt predictū eſt) non erāt in eis: quia ſi haberent vnā, haberent omnes: argu.xxiiij.qō.j.vbi ſana.de peni.diſtinc.v.cap.j.
¶ Aue. ¶ Caſus. Hoc ca. ſatis planum eſt. Precipitur em̄ hic ne chriſtiana nubat gentili, iudeo, vel heretico, cum ambo ſcilicet vir et vxor debeant eſſe cōſecrati baptiſmatis ſacramento, id eſt vnctione.

b ¶ Conſcientiā.precepti vel ꝓhibitionis. Nam ſi plus comedā q̄ȝ debeā, q̄ȝuis cōtra cōſciētiā, nō pecco mortal'r, xxv.diſt.§.criminis. Et dicunt quidā cōtra cōſcientiā non erroneā: arg.xiiij.diſt.nerui.ar.lop.ff.de lib.cau.igit.§.j. ſed dico q̄ nec contra conſciētiam erroneā eſt faciendū, prout eſt expreſſum: ex̄ de ſi.per tuas. Comedens pluſq̄ȝ debeat mortaliter non peccat.
c ¶ Cum fide.i.cum conſcientia.
d ¶ Ex fide.i.ſicut fides exigit.

k ¶ Tradere.ꝫ.pri.ca.cōtra.Sol.ibi de pactione de futuro: hic dicit q̄ nō lȝ accipere, ‡ ⁊ illi ſe miſcere.
l ¶ Alienam. hec clauſula omnem alienam, non ſupponit pro heretica vel gentili.ff.de verbo.obliga.doli clauſula. nam ibi dicitur q̄ clauſula generalis ſequens non refertur ad ea de quibus ſpecialiter eſt premiſſum. Nō eſt obijciendum de Moyſe qui duxit ethiopiſſam: vt.ij.q.vij.§.item obijcitur. quia illud factum fuit in figura q̄ dominus copularet eccleſiam ex gentibus.ij.queſt.vij.§.his itaqȝ. Sed pone q̄ aliquis hereticus nunq̄ȝ fuit baptizatus, voluit baptizari, ſed non habuit aquam: conſtat ei omnia peccata dimiſſa eſſe, etiam originale.

† Dic hoc ſm Archi. q in infidelibus ſunt virtutes q ad dānāt pro rale.
Uirtus non eſt ſine fide et charitate.
‡ Et.xxiij.q.j.noli.
‡ Sola infirmitas inter fideles ſpectat dispar cultus. Du. Sa pretera ſola voluntate an poſſit cum xpiana ſperare.

nunquid poteſt contrahere matrimonium cum chriſtiana? Dicit hug. ꝙ non: quia ianua omnium ſacramentorum eſt baptiſmus. xxxiij. diſt. §. verum. Similiter nec ordinem poſſet recipere. Forte ſi ſuperuixit ꝛ ſe non baptizauit, videtur contemnere: ꝛ ſic habet quaſi non fuerit chriſtianus. Jo.

g ¶ Non legitimū. ſi enī ꝓbatū fuerit aliqđ impedimētum in tali matrimonio, filij nō erūt legitimi: vt extra de clandeſti. deſpon. cum inhibitio.

Q Uod vero. ¶ Caſus. Hic intitulaē ſcđa. q. in qua quid iuris ſit, ſatis patet ex his q̄ dicta ſunt in prima queſtione, ꝛ ex diſtinctione q̄ colligitur in queſtione prima, ꝛ ex illo ca. ſi infidelis. qꝛ ſi infidelis noluerit habitare cum conuerſo ad fidem, vel voluerit habitare cū contumelia nominis chriſtiani, vel vt traheret euꝫ ad mortale peccatuꝫ: licite cōtrahit tunc conuerſus.

a ¶ Prima. Que eſt inter ſponſos et ſponſas. Jo.
b ¶ Gratia eſt. J. xxx. q. v. femine.
c ¶ Si chriſtiana. Jd eſt catechizata. Et ita eſt ar. ꝙ cathecumin⁹ non eſt fidelis. De hoc dicā. J. xxx. q. j. in ꝑn.

N On oportet. ¶ Caſus. Dicitur hic ꝙ nullus per deſponſationē debet filium ſuum vel filiam tradere homini aliene fidei ad cohabitandum: ſed poti⁹ infidelem in domum ſuam aſſumat, ſi ſe catholicum futurū promittat.

d ¶ Hereticis. hereticus non poteſt cōtrahere cū chriſtiana. † Dicit tamen h. ꝙ ſi cōtrahit, tenet matrimoniū, ſicut ſi contraheret cū excōmunicato. De conditionib⁹ que apponuntur i matrimonio, not. xxxij. queſtione. ij. ſolet.

† Uerbū.
† Uidetur no. ꝭ. s. ca. pri. inſi. in glo. hec damū ... la. i ꝑn.

fide tua accipere tibi vxorem. prima ᵃ coniugij fides, caſtitatis gratia ᵇ eſt. ſi chriſtiana ᶜ ſit nō eſt ſat, niſi ambo initiati ſint ſacramēto baptiſmi. ſimul ad orationem nocte vobis ſurgendum eſt, ꝛ cōiunctis precibus obſecrandus deus.

Item ex concilio Agathēſi.

¶ Cū hereticis catholici non miſceant coniugia.

N On oportet cū hoībus hereticis ᵈ miſcere connubia, ꝛ vel filios vel filias eis dare, ſed potius accipere, ſi tamen ſe ꝓfiteanē chriſtianos eſſe futuros ꝛ catholicos.

Itē ex concilio Urbanēſi. †

¶ Chriſtiana cōmunione careat que iudaice prauitati coniugali ſe vinculo ſociat.

S J quis iudaice prauitati cōiugali ſocietate iungitur: ſiue chriſtiana iudeo, ſiue iudea chriſtiano mulier carnali conſortio miſceatur: quicunqꝫ eoꝝ tantū nephas admiſiſſe cognoſcieē, a chriſtiano cetu atqꝫ ꝯuiuio, ꝛ a cōione eccleſie protin⁹ ſegregeē. Itē illud Auguſtini, Nō eſt ratū coniugiū qđ ſine deo eſt: non negat ꝯiugiū eſſe inter infideles. Cōiugiū enim aliđ eſt legitimū, ꝛ nō ratū: aliud ratū, ꝛ non legitimū: aliud legitimū et ratum. Legitimū ꝯiugiū eſt qđ legali inſtitutione vel ꝓuincie moribus cōtrahiē. hoc inter infideles ratū nō eſt, qꝛ nō eſt firmū, ꝛ ideo ‡ violabile cōiugiū eoꝝ. dato ᵉ enim libello repudij licet eis recedere ab inuicem, ꝛ alijs copulari lege fori, et non lege poli, quam nō ſequunē. Inter fideles vero ratum cōiugium eſt: qꝛ coniugia ſemel initiata † et cōpleta inter eos vlteri⁹ ſolui nō poſſunt. hoꝝ quedā ſunt legitima: veluti cum vxor a parentib⁹ traditur ᶠ, a ſponſo dotaē, ꝛ a ſacerdote benedicitur. hec talia ꝯiugia legitima ꝛ rata appellanē. Jlloꝝ vero coniugia qui contemptis oībus illis ſolennitatibus ſolo affectu aliquam ſibi in coniugē copulant huiuſcemodi coniugium non legitimum ᵍ, ſed ratū tantummodo eſſe creditur.

¶ Queſtio. ij.

Q Uod vo ʰ vxore viuente alteram ducere nō poſſit q̇ infidelem dimiſit, teſtaē ſcriptura, dicēs: Alioquin ſi diſcediτis ab inuicem, ꝛ volentes cohabitare dimittitis, ꝛ alijs vos copulaueritis adulteri eritꝭ: ꝛ filij veſtri qui poſtea naſcentur, erūt immundi, id eſt ſpurij.

Itē ex conci. Meldeñ. ca. j.

¶ Nō poteſt quis poſt baptiſmum alterā ducere viuente ea que ante baptiſmū ſibi fuerit virgo copulata.

S J quis habuerit vxorē virginem ⁱ ante baptiſmum, viuente ᵏ illa poſt baptiſmum alteram habere non poteſt: crimina enim in baptiſmo ſoluuntur, non coniugia ˡ.

Gregorius autem teſtaē ecōtra, dicens.

¶ Licꝫ fideli aliā ducere vxo-

S J qs. ¶ Jtem illud. ¶ Caſus. Grat. exponit verbum quod poſitum fuit. S. ea. q. §. j. in fi. nō eſt ratum coniugium qđ ſine deo eſt: faciēs trimēbrem diuiſionem vel diſtinctionem matrimonij dicēs aliud eſſe legitimum ꝛ non ratum: et aliud ratū, et non legitimum: et aliud legitimū ꝛ ratum: et de q̇libet mēbro exēpla ſupponit, que facile ꝑ te videbis.

‡ alꝭ ꝛ inuiolabile.

† alꝭ as inita.

h ¶ Quod vero. hic intitulaē ſcđa queſtio de qua ſupra diximus in prima queſtione.

S J quis. ¶ Caſus. Si gentilis conuerſus ad fidem vxorem habuit infidelem volentem ſecum habitare: ea viuente cū alia cōtrahere non pōt. Crimina enim in baptiſmo diſſoluuntur et non matrimonia.

i ¶ Uirginē. Jdē eſſet ꝛ ſi corruptā. ſed de facto queſitum eſt de virgine. forte ideo, quia videbatur ꝙ matrimoniū ſolueretur inter virginē et eū qui accedebat ad baptiſmum: ſicut cum alter ſponſorum tranſit ad religionem monaſterij: ſed non eſt ita, quia cum trāſitur ad religionem fidei: bene poteſt qs vti mr̄imonio. xxvj. diſti. deinde. ſecus cum tranſitur ad monaſteriū: vt. xxvij. q. j. vt lex.

Religio fidei nō impedit matrimonio vti.

k ¶ Uiuente. Et conuerſa cum viro vel non ꝯuerſa, ſecum tamē cohabitare volente: ſequens autē capitulum intelligitur de nolente cohabitare.

e ¶ Dato. hic nō ponit exēplū bonū. Nā in veritate per dationē libelli nō diſſoluebaē matrimoniū: immo ꝓpa erat fornicatio. ex̄ de diuor. gaudemus.

f ¶ Traditur. J. xxx. q. v. aliter.

l ¶ Coniugia. poteſt tamē ad religionē trāſire etiā inuita ea, cū matrimoniū non ſit ratū, ex̄ de diuor. quanto.

S J infidelis. ¶ Caſus. Si cōuerſus ad fidem vxorē habuit infidelem, que odio chriſtiane fidei noluerit morari cū ipſo, licite poteſt ſe alij copulare: cōtumelia enim creatoris ſoluit ius matrimonij, cum non ſit ſeruāda fides ei que Chriſtū audire contēnit.
a ¶ Propter deū. i. ꝓpter fidē dei.
b ¶ Soluit. Eccleſia tn̄ debet ſententiare. ſz quid ſi illa vxor nō vult venire ad cauſam cū non ſit de foro eccleſie? Si pōt conſtare eccl'ie ꝙ non vult cohabitare, ſētētiet. Hāc glo. non approbo, qꝛ ſine iudicio eccl'ie diſſoluitur mrīmoniū: vt ſ. q. j. ſi infidelis.
c ¶ Jus. i. vinculū. † Sed tunc demū ſolū cum ꝯtrahit relictus: arg. ex̄ de diuor. gaudemus. in fi. imo etiā prius credo ſolutum. ſed ſi alter reuertiť ad fidez anteꝙ alter duxerit vxorē, reſtituiť vinculū mrīmonij q̄ſi iure poſtliminij vt ibidē perpēdiť.

† Et obligationē et ſeruitutem matrimonij: vn̄ fac vim qꝛ nō dt lra ſoluit mrīmoniū: ſz dt ſoluit ius mrīmonij. fm Ra. Matrimoniuz claudicare poteſt.

d ¶ Relinquitur. nihilominꝰ et circa relinquētē. vn̄ ⁊ relinquēs ꝯtrahet ſine pctō ſi cōuerſus ꝯtrahat. nō em̄ pōt matrimoniū claudicare, cū ſint due relationes. vnde ſi vna eſt vxor, ⁊ reliquus eſt vir. ideo autē non tractauit hic de relinquente: qꝛ ex̄ eccleſiā eſt, et nihil ad nos de eo iudicare. ij. q. j. multi. Et tamen arg. ꝙ claudicet, vt hic, et extra de eo qui cog. c. j. ar. ff. man. pōt. ſz vt dixi, quo ad eſſentiā nō pōt claudicare, ſz quo ad effectū bene: qꝛ quandoqꝫ tenetur vnus alij, ſed non econuerſo. Uel dic quātum ad fidelē ſoluitur: vt hic dicitur: quia adhuc poteſt debitū petere ab altero: ſz infidelis non poteſt, qꝛ fidelis non eſt ſubiectꝰ ſeruituti illiꝰ: ⁊ cū alia ſit ſeruitꝰ qua teneť vir vxori, ꝙ̄ illa qua tenetur vxor viro: † bene pōt vna ſeruitꝰ eſſe ſublata, ⁊ nō alia. ſic ff. de ſer. vr. pre. ſi domꝰ. ⁊ ex̄ de ꝯuer. ꝯiu. quidā.
e ¶ Et in matrimoniū. i. in fractione primi matrimonij.

rem quā chriſtiane fidei odio infidelis dimittit.

S J infidelis diſcedit odio chriſtiane fidei, diſcedat. nō em̄ eſt frater aut ſoror ſubiectꝰ ſeruituti in huiuſmodi. nō eſt em̄ dimiſſo peccatū ꝓpter deū[a] ſi alij ſe copulauerit. cōtumelia quippe creatorꝭ ſoluit[b] ius[c] matrimonij circa eū q̇ relinquiť[d]: infidelis autē diſcedens, ⁊ in deū peccat, ⁊ in matrimoniū[e]: nec eſt ei fides ſeruāda ꝯiugij, qꝛ ꝓpterea diſcedit, ne audiret Chriſtū deū eſſe chriſtianoꝝ coniugioꝝ.

H ic diſtinguēdū eſt aliud eſſe dimittere volentē cohabitare, atqꝫ[f] aliud diſcedentē nō ſeq. volētē em̄ cohabitare lz q̇dem dimittere, ſz non ea viuēte aliā ſuperinducere: diſcedētē vero ſeq nō oportet, ⁊ ea viuēte aliā ducere licet. verū hoc non niſi de his intelligēdum eſt qui in infidelitate copulati ſunt. Ceterū ſi ad fidē vterqꝫ cōuerſus eſt, vel ſi vterqꝫ fidelis matrimonio iunctus eſt, ⁊ ꝓcedente tēpore alter eorum fide diſceſſerit, ⁊ odio fidei chriſtiane cōiugē dereliquerit: derelictꝰ diſcedentē nō comitabiť: non tamen illa viuente alterā ducere poterit, quia ratum cōiugium fuerat inter eos: qđ nullo modo ſolui poteſt.

¶ Queſtio.iij.

V Trū[g] vo bigamꝰ ſit reputandꝰ q̇ ante baptiſmū habuerit vnam, et poſt baptiſmum alterā: authoritate Hieronymi patz.

A it enim ſuper epiſtolā Pauli ad Timot.

¶ Nō eſt bigamus q̇ ante baptiſmū habuerit vnam, et poſt baptiſmum alteram.

O Portet epm̄ vniꝰ vxoris eſſe virū. verū hoc poſt baptiſmū. ceterū ſi ante baptiſmū habuit vnā, ⁊ poſt baptiſmū habuerit alterā: nō eſt reputādꝰ bigamꝰ, cui prorſꝰ innouato per baptiſmū oīa vetera ſunt dimiſſa. Aug. vero cōtra teſtatur ⁊ Jnno.

A it enim Aug. ſuper epiſtolam Pauli ad Titum.

¶ Non debet fieri eps q̇ ante baptiſmum habuerit vnam, et poſt baptiſmum alteram.

A Cutiꝰ vo intelligunt q̇ nec eū ordinādū cēſuerūt[h] q̇ ante baptiſmū habuerit vnā, ⁊ poſt baptiſmū alteram. Jn baptiſmate enim crimina aboleńť, nō federatio coniugij diſſoluiť. Sicut illa q̄ cathecumina vitiata eſt, inter dei virgines cōſecrari nō poteſt: ſic qui ante baptiſmū habuit vnam, ⁊ poſt baptiſmū alterā, non niſi bigamꝰ eſt reputandus: amiſit em̄ q̇ddā non ad vite meritū, ſz ad ſignaculū ſacramentum.

I tē Jnno. Ruffo et Euſebio epīs macedonie multꝭ argumētis ꝓbat talē bigamū reputari. Quia ergo iſte cuiꝰ cauſa in preſenti agiť, ante baptiſmum habuit vnā, ⁊ poſt baptiſmum alterā, bigamꝰ iudicať: et licet vite merito, ⁊ induſtrie ſciētia polleat, tamen in epiſcopū ordinari non poteſt.

Cauſa.xxx.

Q Uidā mulieri nobili nunciatum eſt ꝙ a filio cuiuſdā nobilis petebať i cōiu=

non dicas in ſecunduz matrimonium † ſi illud contrahat poſtqꝫ cōuerſus cū alia ꝯtraxit, vt pre. miſit: ar. tn̄ ꝙ peccet ꝯtrahēdo ſcđ: hoc extra de teſt. ſicut.
¶ Hic diſtinguendū. ¶ Caſus. Gra. bene diſtinguit in hoc. §. dicens ꝙ ſi alter coniugū fuerit cōuerſus ad fidē: ſi infidelis voluerit ei cohabitare, fidelis altero viuēte cōtrahere nō poterit. Si autē infidelis noluerit cohabitare fideli: tūc fidelis infideli viuēte poteſt ꝯtrahere. ſi autē vterqꝫ eſt cōuerſus ad fidē, vel ſi ab initio vterqꝫ fuiſſet fidelis: licet alter eorum a fide diſcedat, alter tamē nullo modo cōtrahere poteſt, qꝛ ratū fuit matrimonium inter eos.
f ¶ Atqꝫ. hec diſtinctio eſt canonica ⁊ bona: et ꝓbať ex̄ de diuor. quāto.
U Trum vero. ¶ Caſꝰ. hic intitulať. iij. q. in q̄ qđ iurꝭ ſit, dictū eſt ſ. xxvj. di. ⁊ mirꝫ fuit q̄re magiſter h̄ eā refricauit. Et ſcias ꝙ Hiero. ꝯtradicit Aug. ⁊ Jnno. ⁊ mlt̄is alijs ſanctis patribꝰ: ſz ex toto ꝓiudicať Hiero. nec valet qđ hic dt ab eo.
g ¶ Utrū. hic intitulať. q. iij. in q̄ qđ iurꝭ ſit, diximꝰ. xxvj. diſt. vniꝰ. nec valet qđ dt a Hiero.
h A Cutiꝰ vo. ¶ Cēſuerūt. ſ. di. lv. nullꝰ.
Q Uidā. ¶ Caſus. Tria ſūt imparia coniugia. Unum eſt de fide

Uir et vxor tenent du plus ſeruiunt.

Coniugis ipa na dicū tur tribus mo dis.